


## **Dissertatio Theologica, De Sangvine Christi Expiatorio**


Gryphiswaldiae: Litteris Danielis Benjaminis Starckii, [1711?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870145983>

Druck Freier  Zugang







ca.



38

Fa-1092. (38.)







2.

2.5

2.7

9.


2.

6.

13.

14.







*Luc. XXII, v. 43, 44.  
Q. B. V.*

DISSERTATIO THEOLOGICA,  
DE  
**SANGVINE CHRISTI  
EXPIATORIO,**

Quam.

PARTE HAC POSTERIORI,  
SUB MODERAMINE

Pro-Cancellarii Academiae Regiae,  
DN. JO. FRIDERICI MAYERI,  
S. Reg. Maj. Svec. Consiliarii in Sacris  
Primarii, Doctoris & Professoris Theologi, Facultat.  
Theol. SENIORIS & h. t. DECANI, Consistorii  
Ecclesiastici Praesidis, &c.

PRÆSES

**SVEN. O. NORMANN, Sve.**  
S. Th. B.

publicè defendet.

ad D. 19. Septembr. Anni 1711.  
in Parnasso Gryphico,  
H. Lq. S.

RESPONDENTE

**JOH. FRID. von BIPPEN, Mordorffio-Pomer.**  
SS. Theologiz & Philosophiz Studiofo.

GRYPHISWALDIE,

Litteris DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,  
Reg. Acad. Typogr.



*Sacr. Reg. Majestat. Svec.  
Magnæ Fidei*

*VIRO,*

*Reverendissimo in CHRISTO Patri  
ac Domino,*

**DN. JOHANNI BIL-  
BERGIO,**

**Theologo & Philosopho consumma-  
tissimo, per Sudermanniam ac Nericiam Episcopo  
vigilantissimo, Consistorii Stregnesensis Præsidi  
gravissimo, & Regii ejusdem Gymnasii  
Ephoro fidissimo, &c.**

*Patrono ac Mecænati magno.*

s.

*Accipias, rogo, MÆCENAS, vilia dona,  
Quæ Tibi pro meritis fert mea Musa tuis.  
Gloria non parva est multis, sine pondere nugæ  
Innumeris nummeris suppeditare suis.  
At labyrinthæis Ariadnes flamme tricus  
Expedit, atque docet pagina sacra suos.  
His nihil invito, dicam scribamve JEHOVA,  
Hujus ego ductum sanctaque verba sequar.  
Hisce vale, studiisque fave, PATRONE, Clientis,  
Te varia Numen prosperitate beet!*

S. N.



## Secundante Numine!

## PRÆFAMEN.



Nnus jam voluitur quartus, ex quo disertationem habui, sub presidio Pro-Cancellarii Magnif. DN. D. JO. FRIDERICI MATERI, de Sudore CHRISTI Sangvineo; vigore autem promissi, partem ejus posteriorem, tanquam e postliminio, in reditu, inter alia, eo libentius nunc persequor, quo materia ejus nihil dulcius, nihilque salubrius censeatur. Amplitudo enim ejus tanta est, ut scribi de ea digne, affatimque disputari quiverit nunquam. Ego vero, porismata nonnulla deducturus ex asserto illo, de sanctissimo JESU CHRISTI sanguine, impense admiror universalem ejus influentiam in omnes communes locos, omnesque fidei articulos; utpote, qui cinni instar catenæque amentatæ, ad illam relationem habent omnes: ut unus propter alterum, alteri indissolubili hæreat nexu; quare, ex harmonia hac delectatus B. noster Megalander, LUTHERUS nuncupare non dubitaverit fidem, ejusve analogiam, unam copulativam. Etenim, hinc est potissimum Pontificiorum, Socinianorum, Remonstrantium, aliorumque Novatorum corruptela sacrarum literarum, errorumque, quos fovent & propugnant, causa, quod scripturam non ponderaverint in suo nexu. Nobis igitur ejuscemodi considerantibus, non potest non ulterius nunc curæ esse cordique, suavissimo huic pulcherrimoque sanguini nos immergere, ceu refrigerio ac panaceæ saluberrima; nec quicquam nobis prius erit, aut antiquius, usque eo, in ergastulo hoc peccaminoso, auram ducimus terrenam, quam eundem purpureum amaranthum, saporemque dulcissimum, ob fidei nostræ, vitæque inculpatæ conservationem, indefinenter

A

querere:



q̄berere: præsertim q̄um efficax nullum ac penetrans magis habeamus antidotum, & medicamen, ad curanda conscientia vulnera, ac purgandam mentis oculorumq̄ve aciem, q̄vam JESU CHRISTI sangvinis vulnerumq̄ve sedula & pia meditatio. Cui suavi considerationi, q̄um etiamnum litemus sudemusq̄ve calamo, animo simul prolixiori jugiter & ardentèr ate petimus,

CHRISTE, DEI fili, q̄vi sangvine crimina purgas,  
Nostra, tuo flatu, dirige cœpta, sacro!

### SUMMARIUM.

- §. I. Generale deducit  $\pi\acute{o}\tau\eta\sigma\mu\alpha$ , totum salutis negotiū concernens, ex quo reliq̄va fluant, partim directè, partim indirectè.
- §. II. Exponit vocis sangvinis significationem & amplitudinem, explicatq̄ve, cur CHRISTI Sangvini præsertim tanta tribuatur satisfactio, ex rationibus suis genuinis: quibus
- §. III. insuper hæretici atq̄ve erronei varii e latebris suis producti, luci sistuntur clariori; quibus deinceps
- §. IV. Responsiones nostras opponimus, ex doctrina de sangvini CHRISTI dignitate & efficacia porismaticè fluentes, cum quæstionibus suis annatis, porismaticum, vel aporismaticum vices obientibus, nempe
- §. V. de Dignitate sangvinis, & sacrificiorum in V. T. antitypum respicientium:
- §. VI. De articulo illo fidei, in quo consideretur expiatio Sang.
- §. VII. De termino gratiæ peremptorio, per meriti CHRISTI expiationem evanescente:
- §. VIII. De una gutta CHRISTI sangvineæ satisfaciendæ:
- §. IX. De sangvinis ex latere CHRISTI erumpentis efficacia itidem ac merito.
- §. X. De inexcusabilitate Judæorum, tam ex Scriptura Sacra sangvinem & passionem præfigurante, q̄vam rabbinicis illorum scriptis:
- §. XI. Nec non gentilium, ex illorum scriptis.
- §. XII. Deniq̄, de sangvinis præfiguratione varia:
- §. XIII. Deq̄ve quot vicibus effusus a Salvatore fuerit; atq̄ve
- §. XIV. De ejus incorruptibilitate, cum epologo:
- §. I. Est



§. I.



St ergo Sangvis ille JESU CHRISTI miraculosus, quem, in passione sua, pro toto genere humano, effudit, verus ac naturalis, (α) ἰλαστικός, λυσιτικός, καὶ ἀλλοιωτικός, redemptorius, reconciliatorius, pacificatorius, sanctificans, abluens, & mundans (β) ab omni peccato, omniq̄ macula. Sangvis enim hic non rerum est φθαρτῶν, auri & argenti, (γ) vel hircorum vitulorumq̄ve, (δ) seu saturnalitorum, (ε) gladiatorumq̄; sed αἷμα immaculati JESU CHRISTI; (ζ) quo preciosius nihil unquam mens humana cogitare queat: propterea, quod ipsius DEI sit; (η) cui virtus divina; immensaq̄ vis, potentia, & sublimitas communicata est; quippe, qui DEI proprius factus, omnem rationis captum, omnemq̄ve orationis ubertatem transiens operari potuerit infinito suo valore satisfactionem admirandam & supernaturalem. Sangvis insuper, in quem, ὡς ἐν συνόψει, totam salutis œconomiam, totamve theologiam reducere, deducereq̄ possimus. Utpote, si spectamus universalem gratiam, ac benignissimam Patris εὐδοκίαν & Φιλανθρωπίαν, erga genus humanum; deprehendimus, eandem aliorsum non collimare, quam ad preciosissimum hunc sangvinem, qui expiaret & tolleret peccata mundi: quem, ceu oceanum amoris profundissimum introsipientes, Patres

A 2

qvon-

(α) Ut probatum est in priori Disputatione. (β) Matth. XXVI. 28. Job. VI. 10. Actor. XX. 28. Rom. III. 25. Col. I. 14. Hebr. IX. 12. Cap. X. 19. Luc. XX. 28. (γ) 1. Petr. I. 18. (δ) Hebr. IX. 11. (ε) Vide sis classici auctores, & Rosini antiquist. (ζ) Hebr. VII. 26. (η) Actor. XX, 28. Matth. XXVI. 2.



quondam ex vero pietatis zelo dixere: *Amor DEI Patris* *natat in sanguine Filii JESU CHRISTI.* Si vel *Filium ipsum*, (θ) *ut ἱλασθῆναι se offerentem pro nobis*, in miraculosa illa satisfactione, intuemur, eum carius quidquam non habuisse videmus suo ipsius sanguine; quem placandæ iræ divinæ, & impetrandæ remissionis peccatorum, apud DEUM causam meritoriam esse voluit: quemque in sacratissima cœna, ac lavacro sanctissimo, tanquam *παντοῦν* conscientiarum pulcherrimum suis donavit. Si denique contemplamur *Spiritus S. gratiam sanctificantem ac applicatricem*, in nostra vocatione, conversione, regeneratione, atque justificatione, imo vero renovatione sive sanctificatione, (in hac enim se habet ceu causa merit. in illa autem ut materia simul ipsa) nihil profecto in nos redundaret utilitatis solatiique, nisi prius offerretur, applicareturque כְּרִימָה seu sanguis ille fœderalis (ι) JESU CHRISTI, fœdus hoc ipso sancientis inter DEUM & homines, ad acquirenda testamentaria nostra bona. Ecquid fides nobis prodesset? Quid sacramenta conferrent conducereque? si non iis, ceu mediis & instrumentis, digne perciperetur fructus salutaris istius sanguinis? immo, ad hunc, tanquam ad finem ipsum, iisdem perducimur anhelamusque. Si autem finis incassum quæreretur, quis sollicitus foret de mediis? quis inquireret denique in causam primam, & subjectum ipsum? Quid denique? quod nullus mortalium ἀβάσις (κ) ingredi possit regnum cœlorum, nisi symboli instar militaris, ac salutis quasi arrhabonis, sanctissima hac purpura indutus, & signatus fuerit. Et quid insuper preciosius est cimelium, ac χάρισμα carius ipfis

(θ) Rom. III. 24. (ι) Zach. IX. 11. Exod. XXIV. 8. (κ) Joh. III. 5.



ipsis sanctissimis pandectis, ceu oraculis divinis? ex quibus sanam veram, & puram, salutiferamque hanc notitiam rerum divinarum, atque fidei *πληροφορίαν*, περιποίησιν & παρρησίαν inconcussam (λ) percipimus haurimusque? Sangvis tamen JESU CHRISTI inter alia causa est nobis, cur sacratissimæ illæ credendorum agendorumque verba ac literæ digito auspicioque divino fuerint concinnatæ, atque in codicem, nostri ergo, redactæ & conservatæ. O! verba plane aurea, O! ter felix liber, cujus foliis Sangvis JESU CHRISTI benedictus est impressus; O! felices illos, quorum cordibus ille est infusus, ac æviternum conservatus!

## §. II.

Ex generali hoc aphorismatico, ut ita loqui liceat, porismate satis abunde constat, quanta sanguinis JESU CHRISTI sit dignitas & efficacia. Quapropter svadet jam ordinis ratio, ut magis magisque specialia deducantur, exponanturque uberius. Tantum vero abest, ut in hisce lucubratiunculis animi causa meditatis, hostes undiqueque omnes, hoc fidei nostræ palladium, religionisque capitale munimentum, tam firma ac preciosa materia fundatum, turmatim infestantes, (*conf. Confessores nostros solid. Ded. pag. 683.*) tam veteres quam recentiores, & in omnes supra nominatos articulos incurrentes debellemus convellamusque, ad quod ne Herculis quidem clava potis est; ut potius brevitate proposita, proxima & præcipua materiæ sanguinis capita perfringamus, eo filo eoque sine, ut sacratissimo huic sanguini suum constet premium, vis, & efficacia in justificatione nostra.

A 3

Sic

(λ) 2. Cor. III. 4. 1. Job. II. 28.



Sic vocis ἡ σφραγις οὐνοκατοσκεψία cuius nota ac familiaris nos non tenebit suspensos; nec multum morabimur vocabuli ejusdem æquivocationes & acceptiones; utpote, quod in sacris homicidium interdum notat, ac cædem innocentium infontumque cruentam, scelerato ausu perpetratam: à quo se Pilatus purgare studet (α); aliquandò mortem spiritualem metaphorice dictam indigitat (β); vel etiam generationem hominis, & hinc emergentem vitam; imo totum hominis compositum (γ) innuere notum habemus &c. Quas acceptiones, cuius clarum est, heic minime quadrare: Sanguis enim ille, de quo usurpantur, corruptioni ac mutationi est obnoxius. Hic vero Sanguis ἀσπιλῶς καὶ ἀφθαρτῶς purus & incorruptus agni immaculati JESU CHRISTI est, (per quem nostra satisfactio & salus est procurata,) quem heic proprie & adæquate intellectum volumus.

Enimvero hic Sanguis mirandos habuit effectus, nimirum reconciliationis, *Eph. II. 13. Coll. I. 20.* justificationis, *Rom. V. 9. Hebr. IX. 12.* fœderis sanctionis & confirmationis, *Matth. XVI. 28. Luc. XXII. 20.* intercessionis, *Hebr. XII. 24.* & victoriosæ satanæ profligationis, *Apoc. XII.*

Ratio autem tam miraculosa, tamque valentis sanguinis, secundum ἀναλογίαν nostræ fidei in Scripturis fundatam, in promptu est; scilicet, quod Pontifex hic expians fuerit ἴσις, ἀκακῶς, ἀναμάδητος, ἄμωμος, ἀσπιλῶς, ἀμίαντος, κεκαρισμένος ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν, & quidem ejusmodi persona, quæ ὑψιλότερον τῶν ἔρανῶν facta est (δ); quæque sanguinem suum proprium obtulit

(α) *Matth. XXVI. 24.* (β) *Actor. XX. 26.* (γ) *Joh. I. 18. Levit. XXVII. 52. Actor. XVII. 26.* (δ) *Hebr. VI. 26.*



tulit non  $\psi\lambda\lambda\epsilon\ \alpha\upsilon\theta\rho\acute{\omega}\pi\epsilon$ , quod sæpius innuimus, sed  $\theta\epsilon\alpha\upsilon\theta\rho\acute{\omega}\pi\epsilon$ , veri DEI & veri hominis (a). CHRISTUS enim noster Sacerdos & victima, qva suam divinam naturam spectatus, carnem & sangvinem non habuit, qvibus pœnas pro genere humano sustinere potuisset; sic enim  $\acute{\alpha}\pi\alpha\theta\eta\varsigma$  fuit: nec solum, ut finitus homo consideratus, onus peccatorum portare, infinitamqve satisfactionem præstare potuit, atqve offensæ boni infiniti sufficere; qvia tum actionum ejus & passionum, sangvinisque valor finitus tantum fuisset, qvi pro infinitis pœnis, infinitæ DEI justitiæ satisfacere non potuisset (b). Quapropter temperamentum justitiæ & misericordiæ Divina Sapiencia in nullo alio invenit, qvam in illo, qvi & DEUS, & homo esset, scilicet CHRISTUS JESUS Filius DEI unigenitus, qvi in assumta carne, mirabili naturarum commercio homo factus, passioni illi ab ira divina infinita inflictiæ par fuit. Nam sicut verus DEUS, ob veram cum humana uatura  $\sigma\upsilon\upsilon\delta\acute{\upsilon}\alpha\sigma\iota\upsilon\ \&\ \acute{\alpha}\pi\omicron\sigma\iota\epsilon\lambda\epsilon\sigma\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon\ \kappa\omicron\iota\omega\upsilon\iota\acute{\alpha}\nu$ , in uno, vero, & essentiali subjecto corporeo, (c) pati, & sangvinem effundere

- (a) D. Sam. Strimesius *Reformatio Calviniana Francofurt. ad Oder. Theol. cum suis, uti negat communicationem idiomatum humane nature, ita articulum hunc esse fundamentalem pernegat. conf. im furgen Entwurff der Einigkeit/ S. 18. pag. 85. seqq. quod inter Novatores Deppelius dicit, de concreto & abstracto naturarum notum est: de quo vide sis: Magn. D. Mayer, in Socin. Pietistar.*
- (b) Nota, quid de justitia DEI vindicativa dicant Novatores, tam Angliæ, quam Germaniæ, & Sociniani; ut & de misericordia divina contumeliose; quorum contra cavillationes celeb. Ezardi scripsit.
- (c) Quod Obs. contra Valentiniatos, Docetas vel Aphardocetas, Ophitias, Cerdonianos, Marcionitas, Apellitas, Manicheos, Basilidianos,



dere valuit, in supernaturali & personali quadam με-  
 ροει; ita vere corpore suo proprio, ceu summus Sacer-  
 dos, sanctuarium semel ingressus, suum ἱλαστικὸν καὶ  
 καθάρτικόν plenariumque ἱγυ obtulit. Et, quam  
 vere πάντοτε πλῆρωμα τῆς θεότητος, omniaque divina idio-  
 mata in CHRISTO homine σωματικῶς habitant (δ), tam  
 vere etiam CHRISTUS homo ιδιοποιητικῶς proprietates  
 divinas vere habuit sibi communicatas; ὅσα γὰρ ἔλαβε  
 ὁ Χριστός, κατὰ τὴν ἀνθρώπινα ἔλαβε, loquutus est olim  
 divus Athanasius, cum totius Ecclesiae unanimi con-  
 sensu (ε). Ut sic duplici nativitate naturaque Filius, κατὰ  
 φύσιν, Patri vere ὁμοουσιος ab æterno factus sit, & nobis  
 per temporalem generationem coessentialis etiam &  
 similis; quo unus Mediator inter DEUM & homines (ζ)  
 idem esset, qui inæstimabili & infinitæ virtutis sangvi-  
 ne, æternis pœnis æquivalente, omni plenitudine (η)

ac per-  
 nos, Marcinas, aliosque recentiores ex progenie Simoniana oriun-  
 dos, vel qui indirecte negant, vel directe. Conf. Calvör. in Fiss.  
 L'Ellies du Pin, in Nou. Bibl. Ant. Eccl. T. 1. & Gwil. Cave,  
 in Histör. Lit. tam in primis quam sequentibus seculis אִשֵׁ  
 וְיָרִיבֵי יְהוָה Esa. LIII. profecto, sane, vere langvores no-  
 stros ipse tulit. Conf. Psalm. II Matb. XVI. 21. Job. X. 15.  
 Cap. XIX. 30. 31. 1 Cor. XV. 3. &c.

- (δ) Coll. II. 4. (ε) Athan. ap. Theodoret. Dial. II. T. II pag. 238.  
 (ζ) 1. Tim II. 5. 6. (η) Coll. II. 4. Sic enim effusio fit supposita-  
 tu totius compositi, qua utramque naturam; nam ortum quidem  
 docet perfusio à natura, sed terminatur in persona ἢ λόγος; ut  
 non pure ἀνθρώπινως sed θεικῶς, perinde ac divina non fuerit  
 θεικῶς, sed ἀνθρώπινως conf. docet Leonh. Hutterus, L. C.  
 pag. 445. Distindec etiam Königius P. III §. 167. seqq. Quo-  
 modo non ἁπλοῦς, παραστατικῶς, συνεκδοχικῶς, μεθεξί-  
 κῶς, per meam gratiosam habitationem, ut in his mystica se habes.



ac perfectione, omnique numero graduque satis justitiæ faceret, pro humano genere. Adeoque vere *Ib. St. ayne Angl. adversus Socinian. & Armin. considera-* verat DEUM, nunquam tam pretiosum impensurum fuisse liberandis æterno exitio hominibus *λότρον*, Filii sui *μορονενός* sanguinem, si viliori redimi solviqve potuissent, *in de Salvation, by JESU CHRIST alone, the whole world, &c.*

2. Posita vera idiomatum communicatione, varia *πορισματα* inde, per solidam consecutionem, possunt derivari. Nam hinc est, quod tam ample sese diffundantur dissertationis nostræ theses; quum scilicet Sc. sacræ solenne sit & familiare, omne id, quod in satisfactionis negotio, vita, & morte, à CHRISTO præstitum est, per Synecdochen hujus rei sublimis, sub vocabulo *Sanguinis* complecti (α) Quod in primis & fit, cum respectus habetur ad sacrificia Veteris Testamenti; tantum enim abest, ut hoc deroget quidquam passioni ac morti Salvatoris nostri, ut potius sacrificia illa, sanguisve in sacrificiis effusus, omnem virtutem suam à sanguine CHRISTI habuerit. Sic Apostolus Servatorem nostrum præcipue nobis repræsentaturus, ut *ἰλαστήριον* & placamentum, (β) eum ait, *propositum ἐν τῷ αἵματι αἰματι, ἐν sanguine sui ipsius*, seu, quatenus per effusum ejus preciosissimum sanguinem redemptionis opus peractum est, sine quo, omnino nulla est redemptio (γ). Sic, eodem habito, ad *θεανθρωπων*, ac personæ *ἐξοχήν*, respectu, asseritur

B

Serva-

(α) *Conf. Cap. X. Hebr. vers. 4. Cap. VII. 7. Rom. III. 28. Cap. V. 4. Eph. 1. 7. Coloss. 1. 14.* (β) *Rom. III. 24. 25. Matth. XXVI. 28. Eph. 1. 7.* (γ) *Hebr. IX. 22. αἰματιανχυσία*  
*ομοιωσι deberet fieri, ait Apostolus.*



Servator *διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος* (d), per proprium sanguinem (d) redemisse ecclesiam, ingressus esse semel in Sanctum *διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος* (e), per, sive propter proprium sanguinem (e), ac expiationem seu mundationem præstitisse ab omni peccato *αἷμα* idem JESU CHRISTI (ζ); ut sic pacem habeamus *διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ, δι' ἐαυτοῦ*, emphaticè (η) additur; & per *salvationem* ac *solutionem* *διὰ τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ ἀφ' ἑσέω* remissionem (θ) nanciscamur peccatorum, & vitam æternam eum bibentes (ι); ideoque concluditur: Quicumque nos proprio sanguine & merito expiat, mundat vel solvit, vitamq; donat æternam, & remittit potestate plenaria &c. is vere pro peccatis nostris satisfecit, remissionem impertitur, justosque & salvos præstat &c. At CHRISTUS. E. Atque hoc contemplan Petrus, summis eum magis encomiis dicit, redemptionem nostram non constare rebus caducis, ac corruptioni obnoxiiis, ceu auro argentove; sed meliori cariorique, nimirum *τιμω ἀμωλω*, pretioso sanguine JESU CHRISTI (κ) agni immaculati, ante secula occisi.

3. Urgebat enim hoc omnino peccatorum nostrorum gravitas & atrocitas, quæ nullis sacrificiis leviticis in se tantum spectatis, nec alio quoquam modo expiari poterit unquam; nisi sacrificio (*Videsis aureum lib. B. Franzii Scholam sacrificiorum app.*) hoc mundissimo perfectissimoque valoris infiniti & æterni JESU CHRISTI; quod Apostolus optime deduxit *Hebr. X. 7. seqq.* & passim: Adeo quidem, ut necessarius omnino fuerit sanguis hujus *θεανδρωτά* respectus, ceu infinitum *ἀνιδίωτον*, pro peccatis mundi oblatum; Necessitate tamen heic non

intelle-  
(d) *Act. IX. 28.* (e) *Hebr. IX. 12.* (ζ) *1. Job. 1. 7.* (η) *Col. 1. 20.*  
(θ) *Eph. 1. 7.* (ι) *Job. VI. 5.* (κ) *1. Petr. 1. 19. Apoc. 1.*



intellecta absoluta, (gratuitum enim beneficium DEI est incarnatio & passio ejus) sed hypothetica; posita enim justitia DEI, quæ poenas minatur, positaque veracitate divina, atque posita etiam misericordia non relinqvendi miseros sine remedio, utique necessaria fuit sublimis ejusmodi sanguinis effusio. Vid. *Actor. IV. 12.* Conf. *Hülsemann. Extens. Brev. pag. 134.* ut sic per ejus oblationem & hostiam, ceu per odorem suavitatis, accessum habeamus ad Patrem.

## §. III.

Thesi ideoque nostra sic firmiter statuminata, requiritur in primis, ut adversarios illius referamus paucis, qui, vel directe, vel indirecte, labefactant tantam sanguinis JESU CHRISTI dignitatem & meritum. Post generales enim illos impostores, *Arium, Nestorium, Eutychem, &c.* male personam CHRISTI, naturarumque ejus communicationem explicantes (ut jam asseclas illorum Socinianos & Calvinianos aliosque postponamus) *Pelagius* est, qui multis videtur præiussisse sua salutis consideratione, in naturæ leges, & gratiæ, divisa; vel uti alii referunt Theologi, homines ante legem salvatos fuisse per naturam, deinde per legem, postremo per CHRISTUM: quem presse sequitur *Socinus*, quum duplicem facit legislatorem, diversum fingens salvandi modum, sub Mose, & CHRISTO: negando sacrificia veteris instrumenti, valorem suum habuisse ab antitypo, scilicet CHRISTO (a). *Coccejus* horum vestigiis ægre eximitur liberaturque, quod *παλιγενίαν* attribuat veteri foederi, novo autem *ἀφενίαν*, haud multum ab Armenio, &

B 2

Episco-

(a) *Videbis verba in Val. Alberti interosse vel. allegata, & aliorum.*



Episcopio, suis conterraneis, discedens, commonstrant Melch. Leideckerus in *Synopsi controu. de Fœd. & Test. vid. m. triplicem ejus œconomiam &c. atqve Herm. Witsius in œconom. Fœder. Libr. IV. Cap. IV. th. 36. pag. 791. seqq. aliqve.*

2. Indirecte etiam sangvinis efficaciam, absque ullo dubio, enervant, ipsumqve CHRISTI meritum annihilant *Calviniani*, per synecdochicam suam *ἐλλοίωσιν* *Zwingl.* in commun. idiomatum, falsam m. creant. hypothesein maximi erroris in sacra cœna: quod *παράδοξον* B. LUTHERUS nuncupare solebat larvam Diaboli in opp. atq; sæpius des Teuffels Groß-Mutter (non observando distinctionem inter *ἁγίαν*, D. & *ὑψίστην* p. &c.) Nec prætereunda heic est *Calviniana scapha* (Hypotheticorum præcipue) quæ allidit misere ad Scyllam, & funestum consolationis naufragium facit, quum meritum hoc CHRISTI restringant ad paucos (meritum ejus gen. non distingvendo ab ejus distributione & applicatione,): Uti Charybdis absorbeat *Huberum*, qui in alterum extremum cadens, sangvinem CHRISTI effusum quid. esse pro omnibus, salvare a. omnes, sine respectu ad fidem habito, asseruit; quod Independentēs & Singularistæ Anglorum etiam plurimi hariolantur.

3. Directe magis *Sociniani cum Armenianis*, negata Salvatoris divinitate, sic necessario & consequenter mentiantur negentqve ipsius satisfactionem plenariam; quum per iustihabitationem, vel per acceptilationem suam vanam, explicant justificationis negotium, totam evertentes salutis œconomiam: Quos infames hæreticos multis persequi singulariter, non operæ precium est in sequent. nec chartæ angustia permittit; quum pleni



pleni sint omnes libri, plenaq; systemata omnia Orthodoxorum ejusmodi controversiis & expositionibus!

4. Neque multum adeo absimiles sunt h. t. *Novaturientes*, qui similiter amant lingua voceq; uti B. LUTHERI in loquendo orthodoxe, וְיִקְרִיב כֹּהֵן כֹּהֵן: qui, ut B. Kromajerus in *Scrut. rel.* dicit, ὁμοία λαλῶσιν, ἀνόμοια φρονέουσι; apud quos caute mercari discatur, ne sub grata & innocua verborum Venere, ceu umbra spei syncretisticae, sub qua secure delitescant apud partem adversam, Juno venditetur, fumusqve subdolos. Sic, Trinitas illis nulla plane trinitas est, Satisfactio, nulla satisfactio: passio, mors, vel effusio sanguinis tanquam DEI, sed non DEI & θανάσεως; justificari fide in CHRISTUM, tanquam fide non sola: quia, vel obedientia mandatorum CHRISTI, vel charitate & amore, vel etiam essentiali & inhabitante justitia salvari autumant, summa injuria in meritum, & obedientiam Salvatoris, tam activam quam passivam, summaque ingratitude in gratiam (α) ac misericordiam divinam; quæ sua benignitate minime excludunt B. O. & obedientiam mandatorum; sed vitam magis jubent promoventqve tanta redemptione & vocatione (β) dignam, sub Evangelio ducendam degendamqve, suis proemiis gratiosis minime cassam & inanem. Offendere illos enim videtur, uti *Faustum Socinum*, è schola Pontificiorum discedentem, partesqve Protestantium alioquin aventem, phrasis nostra, ex puro DEI verbo sensuq; deducta, sola fides (γ) quasi vitæ sanctimoniam sanctitatisqve studio quidquam

B 3

(α) *Obs. Diss. in fidem solam & solitariam, ubiqve locorum & systematum explicatam: Ergo plura heic addere supervacaneum est.*  
 (β) *ad Cap. V. Ep. ad Rom. (γ) Gen. III. 15.*



derogans, inque abusu sic doctrinæ pessime vapulans: medicinam proinde pestiferam propinavit orbi infestus ille animarum medicus, venenum veneno pelere studens, simili Cacoëthe, ac infausto fidere, quo *hodie Novatores, ubi impietatem per Pseudo-Pietissimum profligare satagunt, periculose laborant*, fatetur m. Casp. Calvörus in *Fiss. Sion. Lib. XVI. Cap. IX. de Socin. conf. quod clarius exponemus n. 10. & in responsionibus.*

5. Calculo est etiam notandus *Job. Piscator*, cum suis alleclis, ex Calvinianis, qui concedit tantum Salvatoris passivam obedientiam in sanguine factam, negando activam CHRISTI obedientiam, in vicaria legis divinæ impletione consistentem. *Quin & Pareus* vapulat graviter in *cofm. Rom. V. nec non B. Christ. Franck*, Prof. Kilon. in *Dissertatione, de imputatione meriti CHRISTI, male Salvatorem assumpsit, & pro se, & pro hominibus implevisse legem; non animadvertentes, quod CHRISTUS fuerit ut *ὁμοειδής* spectatus, atque legis Dominus, & non in lumbis Adami ex necessitate naturæ & benedictionis primæ: Crescite & multiplicamini &c. Gen. I. 28. sed vi benedictionis secundæ Gen. III. 15. quo absolutissima pro nobis legum divinarum obedientia, scilicet activa, perfungeretur, ut & passiva suum redemptionis sortiretur effectum.*

6. Ad satisfactionem ulterius per *B. O. Pontificiorum* pergimus monstrosam, qua directe aperteque attribunt miserrimis suis operibus meritum ac satisfactionem pro peccatis; spectantes inprimis illorum expiationem ex opere operato, sub miraculoso quasi illo sacrificio incruento, quotidie oblato; in quo ab ipsis fingitur alia expiatio & satisfactio culpæ, alia pœnæ, alia



alia coram DEO, alia coram hominibus: ut suis meritis locum quærant pessima mercede, pessimo lucro; munientes ejusmodi humana figmenta impurissimis suis terminis (sub prætextu suorum operum) omnium absurditatum numeros exhaurientibus; utpote, de digno, condigno, & congruo, atq; similibus meritoriis formulis superarrogationis; de quibus conf. *Apol. Aug. Conf. p. 87.* inque dicto illo opere operato omnia sistentes salutaria; quare bona opera, utinam! digna, coram tribunali DEI, ut merendo vitam æternam optime valida sint, & æqvipollentia, jactitant, atque summe necessaria ad ipsum justificationis actum, contendunt; quod in omnibus illorum scriptis conclamatur, ipsoque ore consentitur palam sanctuli illorum.

7. *Sociniani*, præterquam quod derogent omnem satisfaciendi vim sanguini CHRISTI, ut Socinus *Part. II. de Servat. Cap. II.* incitamentum tantum esse affirmans sanguinem, etiam Ostorodg in *Instit. Theol.* ait: quum sanguinem mundare dicatur, non id vult significare, quod in sanguine CHRISTI sit quæpiam occulta vis ac virtus, purgandi peccata; sed quod sanguis CHRISTI ejus solummodo causa sit, sine qua à peccatis non purgamur. Nec non *Catechif. Racov. pag. 227.* satisfactionem vocat dogma fallax, erroneum, & admodum perniciosum (uti *Piet. fanatic. Dippelius* passim): ut & *Arminiani* haud planè modo quoque dissimili cum Pontificiis, causam eandem meritoriam subdolè agentes, ad idem certè centrum collimant, cum illorum operum necessitate in satisfactione: quum religionem suam omnem duobus absolvant capitibus, scilicet in *mandatis*, & eorum *observantia*.



*wantia*. Nam in puncto satisfactionis CHRISTI meritum necessarium usque quaque, & ratum habent quidem quoad antequam, uti Papicolæ; verum contendunt mortem istam passionemque dominicam, usum saltem quodammodo exemplarem, & ὁδὴν ἡμῶν subministrare in applicatione ac confirmatione nostra, sed non in acquisitione; in quo h. t. multi ludunt operam Novatores.

8. Præ cæteris, chorum ducit Novaturientium *Ben. Spinosa*, sublectus ac frivolus ille nequam, ex judæo Christianus, ex Christiano atheus subtilissimus, qui eandem pietatis probitatem mentitur, quum amorem, vel charitatem atque obedientiam erga DEUM faciat fidei fundamentum, (utpote, quod alioqui nihil nobis prius, aut potius esse debeat pietate) quam aliis etiam in locis appellat solum proximi amorem, conf. affatim hunc hostem pestiferum spoliantes, Franc. Cuperus, in *ARCAN. Atheismi revel.* Rot. & Hen. Morus *Opp. pag. 567.* Regnerus à Mansveldt in *Opere postb. Spinosa oppos. Cap. XIX.* ac Joh. Musæus *Disfert. de libertate philosophandi Jen.* B. Kortholt in *Tract. de tribus impostoribus Sect. III.* & BENTHEM. *pag. 351.* qua de materia etiam egit in peculiari Dissert. noster Magnific. DN. D. Jo. FRID. MAYERUS, & sæpiuscule.

9. Nec non, viam, post illum, paraverunt Novatoribus nostris, post Præceptorem suum *Coccejum*, *Coccejani*, qui fidem esse amorem expresse innuunt: videsis præter P. Allingam, Christ. Wittichium, Hen. Grønewegen, larvatum Cephani Pistophilum in *Tr. de amore in Fide*: qui adversarios satis valentes ac destruentes experti sunt, uti Sam. Marefium, M. Leydeckerum, P. v. Mastricht, aliosque Batavos; etiam ex nostris Theologis, quos inter B. Schomerus in *Coll. nov. conf. Cap. XIII. §. 2.*

10. Horum



10. Horum seqvaces & asseclæ, insignes Papalium Parastates esse videntur, *Novat orientes* prædicti (recepto voc. Pietist. alioqvi nuncupati) hodierni in Germania ut missos jam faciamus Anglorum Puritanos præsertim novos, & Philippistas, qvi operum præsentiam voluerunt, ac Majoristas, qvi eorundem necessitatem; aliosq; qvi fidei & operum conjunctionem maluerunt, ut Interimistæ, Indifferentist. & Synergistæ,) dum fidem salvificam, per charitatē & amorem, definiant, ceu fundamentum fidei quam uti Hornejus, justificare cupiunt, qvatenus per charitatem efficax est: hujuscemodi sæpius recocta propinasse orbi literato *D. Ch. Thomasi* nemini non constat, uti in *Dissert. an hæresis sit crimen?* pag. 21. seqq. & in *Disp. ad Poireti opus*, de eruditione solida superfl. & fal. pag. 512. seqq. & passim in aliis. Occinit ex discipulis ejus *L. En. Rud. Breneysenius* in *Dissert. inaug. de Jure Principis circa adiaphora*, atqve in *Apol. Confess. L. Stolhsens Animad. pag. 1.* Præ cæteris eodem calamo præludit *P. J. Spenerus* in *der Glaubens Lehre* / pag. 359. & in *der Uebereinstimmung Art. VI. th. 4. S. 1. n. 212.* & *Art. XX. th. 1. §. 4. pag. 302.* aliaq; loca V. pas. qvæ nescio qva abundantia styli qvafi syncretistici scripta esse videantur: qvæ jam relinqvo candidæ cujusvis censuræ. Hisce cum suis complicibus, sese, præter alios cordatos, & de Ecclesia DEI summe meritos, mascule opposuerunt, & larvam illis detraxerunt illieò, *B. D. Neuman.* in *Prodromo Anti-Speneriano p. 60.* ac *Dn. Prof. S. Ezardus* in *der Behauptung des hochwichtigen Articuls Ehrlicher Lehre / von der Rechtfertigung* / atq; *D. Bucherus* in *Luth. Antipietist. pag. 100.* ut & *M. Rothius*, *D. Job. Godofr. Stolth / Dn. D. Fecht*, *Dn. D. Jo. Frid. Mayerus*, *Dn. D. Schelgwigius*,



innumeris solide refutarunt scriptis affatim usque. Nec non Clar. *Joach. Langium*, Profefs. p. t. Hallensem obelo notemus, ostensuri quoque verbo illum studio Novaturientium esse affectum: inprimis quum illud Sam. Schelgvigii in Synopf. contr. Piet. heterodoxia dignum putat (cum J. G. Zieroldo suo commilitone in Synopf. Verit.) quod fidem salvificam, in fiducia residentem, sine charitate spectari dicat: Conf. etiam censura, censore dignior, super Autores der unschuldigen Nachricht / in *Obfer. ad Schelgvig. Synopf. sub Piet. Art. VII. quest. VI.* inprimis illud, quod de sanguine Servatoris loquiamat, uti ibi pauca exstant ambigua, adponam saltem: *In universa Scriptura, quoties sanguine CHRISTI à peccatis mundari & lavari legimus, nihil aliud indicatur, quam per sanguinem CHRISTI peccata remitti:* (qui addit sua verba seqv.) Was von der mundatione sanguinis CHRISTI meritoria in der Erneuerung zum Schem des Rechten hinzu gesetzt wird / ist lauter Sophistery; & de satisfact. in seqq. confundere cupit D. Schelgvigvium: de quo in subsequens. Addamus juxta *Socinistarum* expositionem contortam de purgatione sanguinis CHRISTI: quam partim de patefactione divinæ voluntatis, partim de regimine totius universi, & ad dextram DEI sessione exponunt; confundentes manifeste officium CHRISTI sacerdotale cum Prophetico & Regio. videsis B. D. Calovium in *Bibl. illustr. ad loc. 1. Job. I.* de mund. differentem.

11. Directe etiam magis hunc articulum justific. & satisfact. oppugnat qu. apertissime Propila Novaturientium cujusvis nominis *Job. Corr. Dippelius*, sub larva *Christiani Democrici* latens; qui non deridet tantum Christia-



stianismum nostrum, sed pessimis etiam consiliis pessimum illum dare ac evertere omnino conatur; dum ausus fit, præter reliquos fere omnes articulos fidei, etiam hanc arcem & acropolin nostram Religionis adoriri, & satisfactionem expiationemque peccatorum, ex qua reliqua pendent omnia, non labefactare duntaxat, sed prorsus annihilare quoque. Conf. præter plurima ipsius scripta, jam in 4to recusa Amstelod: ego vero præsertim mihi hac occasione satisfaciens ex ultimo ejus scripto, Vulcano Berolini oblato, adferam unum alterumve testimonium, sc. ex unparthenische Gedanken über eines sogenannten Schwedischen Theologi kurzen Bericht von Pietisten / pag. 78. seqq. ubi ad quæstionem adv. Magnif. DN. D. MATERUM defendere annititur, quod in seuem Apostolischen Wegweiser zur wahren Gerechtigkeit Gottes / th. 1. blasphemie evomit in Religionem nostram, seu infernalem doctrinam, contraque satisfactionem CHRISTI varia absurda; præcipue hoc arg. statumians, quod κατὰ νόδα, non inveniatur vox satisfactionis; quasi vocabula tantum ipsa, & non sensus, in script. expressos, vel doctrinam, κατὰ διάνοιαν, veram ex verbo DEI habeam, pro Religionis fundamento dogm., haberemus: Opus enim est, ut, cum hujuscemodi rem habentes sectario, veritas & analogia fidei defendam, sensu sano ac integro, & non nudis vocabulis; quæ nullus non hæreticus, quamquam summe absurdus admittat, oportet. Auget vero p. 80. seqq. suam rabiem fanat. ejusmodi verbis pro more adhuc impudentioribus: So wohl das Wort Genugthun/ als Christi Verdienst/ ist in der heiligen Schrift frembd/ und involviret in seiner Bedeutung so viel Concepten, die der Sache nicht gemäß sind/



sind/ und unadliche Disputationes gebähren; also wirfft  
 man solche Wörter billig/ als Grillen müßiger Köpffe  
 zurucke/ zumahlen/ da sie Anlaß geben/ eine höllische  
 Lehre auszubrütten/ und ein solches Sau-Evangelium  
 zu fingiren/ gegen welchem es besser wäre gewesen/ im  
 Juden- und Heydenthum geblieben zu seyn. Denn/ weiß  
 ein Heyland die Sünden-Greuel mir soll zudecken/ und  
 nicht ausfegen/ oder die Werke des Teuffels zersthören/  
 was ist es anders/ als allem Greuel die Thüre auffsperr-  
 ren/ und denen Leuten eine Seeligkeit einbilden/ die ihnen  
 GOTT per absolutam potentiam nicht geben kan; &  
 præter alia fanatica deceptoria, dicit in inferioribus:  
 Die Erkenntniß Christi nach dem Fleisch/ was vor 1600.  
 Jahren mit ihm passiret/ wird dir gewiß in deiner selbst-  
 erdachten und nützlichen Imputation wenig Nutzen brin-  
 gen/ &c. Ecquis ejuscemodi horrenda pateretur, qui  
 Salvatori nomen consecraverat suum & quasi impu-  
 tatio & expiatio Servatoris satis valida non esset Socini-  
 zanti huic homini, quamquam ante decem mille mille-  
 nos annos, vel plura peracta fuisset. V. resp. Enimvero  
 animadvertimus in omnibus ejus scriptis, præprimis  
 illum expresse innuere Weigelianam illam ianatam,  
 atqve essentialem CHRISTI justitiam *Andreae Osiandri*,  
 quæ in nobis q. habitans efficiat, ut justa omnia bona ac  
 perfecta agamus; aliamqve extra nos justitiam, satis-  
 factionem vel meritum non dari, ceu nobis imputatum,  
 & applicatum; quandoquidem suis ipsius meritis B. O.  
 reconciliationem, satisfactionem ac summam hujusce  
 perfectionem, ut ipse sit CHRISTUS, mereri putat  
 omnino; quum eodem apud illum valent precio B. O.  
 ac fides in CHRISTUM &c. uti verbotenus loqui-  
 tur



tur in sup. nom. tractatu Del und Wein des gestemten  
 Papssthum / pag. 200. seqq. ubi Socinizans Papismum pro  
 ficto & nobis impacto surrogat pessimum: die Wercke/  
 weil sie mit dem Glauben / ihrem reinem Grunde nach/  
 ein Ding seyn / so werden sie eben so wohl zur Gerechtigkeit  
 gerechnet / wie der Glaube / verba sunt clarissima.  
 Sic, alii judicent, an Papismus Protestantium vapulet:  
 an Papismus vero, loco imputati imponatur? dum legimus  
 plena verba in Papism. ejusd. Protest. Vap. pag. 282. & 283.  
 Und dieser Glaube / (quæ scilicet se vera poenitentia subjicit,  
 & ut mox describitur, in renovatione sedula est,) macht vor  
 Gott gerecht / nicht allein weilen Gott den Glaubenden sich vor  
 Ihm demüthiget und Hilfe erlanget cf. seqq. Ejusdem farinae, fideiq; apostaticæ  
 Anonymus scripsit tractatum pestiferum, sub titulo specioso:  
 Evangelische Vorstellung der wahren Rechtfertigung &c. in quo,  
 eodem plane modo omnes animi nervos intendit delendi  
 expiationem satisfactoriam à CHRISTO præstitam, ut pag. 1. seqq.  
 nullam laborans requiri satisfactionem ejusmodi hominibus sanctulis,  
 quasi cum amore DEI simul consistere nequiret: nullamqve  
 apud DEUM vindictam & exigentiam satisfactionis probare nititur,  
 pag. 33. nec finem fuisse, ait, missionis filii DEI cruenta satisfactio, pag. 35. sed  
 satisfacere interpretandum esse, per influxum gratiæ, quod  
 nimirum in incarnatione ejus, nobis paratum sit efficax  
 medium, per quod in communionem Spiritus ejus transferri,  
 & in novos regenerari homines, ac nova creatura fieri possumus,  
 pag. 66. seqq. plura ejus scripti videtis quoque apud  
 Celeberr. Prof. Seb. Ezzardum in refutatione hujus fanatici  
 solida. Hisce Novatoribus



omnibus modis plane; *ὁμοψύχοι* sunt in suis scriptis & doctrina Schwengfeldus *T. I. Ep. pag. 868.* Der inwendige Mensch ist der neue und der verklärte: uti Theophr. Paracels. Christus ist der neue Mensch/ in der Hand- und Dencf. Bibel / *Cap. IV. seqq.* nec non Valentinus Weigelius, ein trefflicher Irtsaal/ ait, ist es bey den falschen Christen/ daß sie einen andern lassen das Gesetz thun / Heyden sterben/ und sie wollen ohne Busse sich behelffen mit der justitia imputata; nein/ in der Wahrheit es helffen dich nicht von aussen an; spring hoch oder nieder; *Vita CHRISTI NB. in dir muß es thun; CHRISTUS inhabitans, non ab extra manens Postil. Part. III. Cap. 16.* de quo ulterius in meo Purit. Piet. Nec non Anglorum Singularistæ, & quackerrantes Spiritus ejuscemodi captant principia; eorumq; inter doctos etiam *Henr. Morus* latitudinariis annumeratur, qui cum suis intempestivis Zelotis in solifidianos, per contemptum sic ab illo appellatos, debacchatur horrende, in de Mag. Myster. Pietat. *Lib. X. Cap. I. n. 2. Tom. I. Opp. pag. 417.* quasi doctrina illa de justitia imputata & expiatoria, suggestio esset hypocriseos, atq; doli, ad subruendam illam debitam sanctificationis altitudinem, ac gradum, ad quem vocati sumus: ut & Johan. *Wak.* in Diff. Triad. Dif. 3. de Justif. duplicem (mitigare cupiens) justificandi modum coram DEO fingit: alterum, quo quis, propter justitiam CHRISTI imputatam; alterum, quo propter justitiam essentialem & inhærentem, apud DEUM justus declaratur, à plurimis Novatorum haud multum discrepans. Plures erroneum in scenam proferre, supersedeo, hac occasione.

## §. IV.

1. Verum, elenchum, & terminos hos adversariorum



rum evolvendo operam impendenti paulo, videtur ju-  
re illorum opponere oculis illud, *σκληρόν σοι πρὸς χεῖρας  
λαλιῆν*, Act. V. plus enim quam Promethico imo dia-  
bolico ausu tentarunt Vindicem summum suis blasphe-  
miis & imposturis, qvi Dominum tam benevolum, qvi  
ipfos mercatus est, & qvidem proprio sanguine, abne-  
gaverint, 2. Petr. II. atqve in alio quæsi verint salutem,  
quam in CHRISTO ipso *θεανθρώπῳ*, ejusve plenario  
immo sufficiensissimo *ἀντὶ λύτρω*, ac redemptionis precio  
pro omnibus dato, vice & loco singulorum, atq̄ omni-  
um hominum totius mundi: imo vero si centum fuisset  
mundorum, ratione sui infiniti valoris & vis sufficeret  
expiando, DEUMqve placando, scriptura discrete pro-  
bat (a); præsupposito subjecto etiam vere pœnitente  
& magnum hoc donum vere applicante: minime qvi-  
dem spectatis nostris operibus, cujuscunqve sint faciei,  
nostrove virium, vel interiorũ, vel exteriorum, merito,  
seu quibuscunq̄ fingant viribus, qvòd semper ortho-  
doxa docuit Ecclesia; qvum bonorum operum non sit (c.  
scopus) vita æterna: sed vitam æternam dari bene ope-  
rantibus, non bonis operibus mereri, loq. B. Strauchius  
in Th. Moral. Adeoque credamus firmiter bonã qua-  
liacunqve nostra opera non ingredi, sed egredi potius &  
sequi justificationis actum; minime vero esse partem  
justificationis essentialẽ, multo minus fundamentum  
constituere fidei, imo vero, ne Christianismi (ut volunt)  
qvi-

(a) 1. Tim. II. 6. Rom. VI. 9. 10. Ebr. IX. 12. seqq. Rom. III. 29.  
2 Cor. V. 13. adhibuit nomina redemptionis, reconciliationis,  
justificationis in *λύτρω*, impletionisqve legis, Matth. V. 17. &c.  
Unus certe redemptionis per Salvatorem in Scr. est modus, que  
per acquisitionem & applicationem facti describitur.



quidem, vel religionis nostræ: Neque ipsis posse largiri, fidem salvificam per charitatem definiri, & B. O. amoremve DEI & proximi; remota & neglecta ipsa fidei & theor. & praxi salvifica, atque justitia ipsa imputata à JESU CHRISTO. Bardi enim & suffeni videntur esse, qui non clare satis percipiunt B. O. vel charitatem, in se semper activam, hominis erga DEUM, infallibiliter sequi fidem sive fiduciam ipsam, in DEUM; illumque nos amare & diligere omnino, (& ante & post justificationis actum) in quem fiduciam nostram ponimus. Et adhuc stolidiores sunt, qui inficiuntur notitiam ejus salutarem, in intellectu, per Spiritus S. illuminationem residentem, & justificationis actui (cf. E. Friedliebii *Untersuchung des Indifferentismi*) antecedentem: nisi negare velint, fidem veram esse *πεποιθεσιν*, 2. Cor. III. 4. *παρρησίαν*, 1. Joh. II. 28. *ὁπώρασιν*, Hebr. XI. 1. *προσαγωγήν*, Eph. II. 18. *πληροφορίαν*, Hebr. VI. 1. & conscientia nostræ certitudinem, in fide meriti & expiationis Salvatoris recumbere cruentæ; ut nobis imputetur ejus justitia; & subinde renovatio fiat vitæ: quæ tertè inordinatos tollit affectus non minus, ac mentis errorem, *Coll. III. 10. Rom. XII. 1.* ut dicere cum Paulo queamus: scio, in quem credo & confido, & *Jobo Cap. XIX. 25.* ac *Jesaja Cap. LIII. 12. Jer. V. 11. Joh. XVII. 5.* fidei cognitæ ostendere utilitatem, alioqui, *maledicta est charitas*, cum B. LUTHERO nostro loquimur, *quæ servatur cum jacturâ doctrine* (β). Præcæteris ideoque opponamus hujuscemodi dissentientibus verba, ejusdem nostri Theandri, ipsum DEI sensum sincere exprimentia, in *Comm. ad Gall. pag. 54. 55.* ubi B. Vir ait: est veritas Evangelii, quod justitia nostra

*Aud. H. Hermannus in Past. Evang. Lib. 1. Cap. 10.*



stra est ex sola fide, sine operibus legis: falsitas seu deprava-  
 tio Evangelii est, quod fide justificemur, sed non sine operi-  
 bus legis. Hac conditione annexa Pseudo-Apostoli præ-  
 dicaverunt Evangelium. Hoc idem Sophistæ & (Pie-  
 tistæ) Papistæ nostri, quod scilicet in CHRISTUM sit,  
 credendum, fidemq; esse fundamentum salutis, (obf-  
 fundamen. Dist. doctrinale & essentielle,) sed eam non  
 justificare, nisi formata sit *Charitate*. Hæc non est veri-  
 tas; sed fucus & simulatio Evangelii. Et fol. 83. verbo  
 DEI, Symbolicisque nostris libris conforme docet, &  
 distingvit inter fidem, quatenus renovat & confitetur  
 coram mundo, seu forinsecus sese exerit, per verbum &  
 facta; & quatenus justificat coram DEO, & in justifica-  
 tionis actu; Fidem enim secundum suam *ῥοίαν* & essen-  
 tiam, cum B. *Dannbauero* in *Hodos. Phæn. IX. pag. 933.*  
 considerare omnino debemus, quatenus absque operi-  
 bus, in justificationis actu, viva est in filio DEI, qui di-  
 lexit me, & tradidit semetipsum pro me, *Gal. II.* & nos  
 justos coram DEO sistit justitia sua nobis imputata:  
 & quatenus καὶ ῥοίας ἐπιτασίω, vel ἐπιτευσίω & ἐπιμονῆν  
 spectatur, quum fides, accepta jam vita, spirat, & vi-  
 tales motus exercet, quæ ejus durationem ac perseve-  
 rantiam, ostenditque se, per signa vitalia & externa,  
 atq; per *charitatem* efficax est *Gall. V. monstratve fidem suam  
 per bonum opus, Jac. II.* quæ operatio externa & ostensio  
 luminis vitalis mundana, *Matth. V.* non est anima &  
 forma fidei, per quam vitam habet fides formaliter ta-  
 lem; quum signa duntaxat animæ præsentis sunt, ceu,  
 motus ac respiratio animæ viventis, à quibus omni-  
 no vita non profecta est. *Non enim à fructibus arbor habet  
 vitam, sed de vita & incolumitate arboris testantur fructus,*

D

cum



cum B. Hoepffnero loquitur etiam Magnific. DN. D. Jo. FRID. MAYERUS in Coll. MSc. Lex. fid. Quotupliciter autem fidei vita consideratur, alii reliquimus loco. Interea, quanti sunt, in opere quantumvis optimo & splendido, defectus, non possumus satis ingenue confiteri, & nos non inaniter profecto consolari ex fide, quæ defectibus istis mederi potest, propter CHRISTUM Salvatorem; ut non opera tantummodo nostra DEO arrideant vere, sed persona etiam ipsa, quatenus reconciliata, per fidem habeat aditum; quum *impossibile sit placeri DEO, sine fide, Hebr. XI. 6.* Sic, per misericordem DEI indulgentiam, operum nostrorum defectus & imperfectio compleri potest perfectione JESU CHRISTI, quatenus fides nostra *fiducia* est; quæ nihil sane esset, nulloque modo constare posset, nisi benefactoris, beneficiorumque haberemus *notitiam*; atque indubii redderemur de operum nostrorum complacentia, & cum divina voluntate convenientia, quatenus fides *assensus est ac cognitio solida*. Ut sic, tam fidei veræ non minus innitatur obedientia utraque JESU CHRISTI, quæ imputationem justitiæ in *actu justificationis*; quam tradere nos debeamus CHRISTO, ei que vivamus in *novitate vitæ*; quo nos inculpatos ac immaculatos reddat præstetque in vera & viva fide; *Audito enim Evangelio, notanter dicit Apolog. August. Confess. & remissione peccatorum, fide erigimur, concipimus Spiritum Sanctum, ut recte de DEO sentire possimus, & timere DEUM, & credere ei.* Adeoq; per veram pœnitentiam, fidemque firmam, accepta peccatorum remissione, Spiritu DEI agamur, ut filios DEI decet, & bona quælibet opera, non propriis adscribamus viribus; sed CHRISTO, per



per fidem in nobis habitanti operantiqve bonum opus. Alioqvi non libero oriuntur spiritu, sed fervili, instar gentilium, ceu Aristidis, Scipionis, Camilli, Epicteti (quorum B. O. Poiretus in Oecon. Div. approbat) B. O. quæ non originaliter perfluunt ex fide: sine qua omne peccatum est; nec, qualia lex requirit, Rom. VII. nimirum, ex interiore cordis obedientia. conf. B. Leon. Hutterus Lib. XIV. pag. 867. & Chemnitius in L. C. de B. O. quorum finis est charitas infucata, 1. Tim. I. 5. imo vero ultimus finis, per & propter fidem, gloria DEI altissimi (α); quæ hoc modo accrescentia, in fragilitate hac, ad qualemcunqve perfectionis tendunt anhelantqve gradum, secundum quid talem; ut πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης Phil. I. 5. frugiferi simus in B. O., & lux (fidei) nostra luceat coram hominibus, Matth. V. 7. ut videant bona nostra opera, & inculpati perennemus ad diem usqve CHRISTI: quum clementissimum Numen non velle tantum dat, sed etiam perficere, Phil. II. custoditqve nos Cap. IV. in CHRISTO JESU, ut pacem habeamus, contra carnis anxietates, & peccata turbantia, regnantiaqve tenebrarum opera, Eph. V. ac in luce fidei ambulemus, 1. Job. I. veterem hominem exuamus, & novum induamus, Eph. IV. imaginemve divinam restauremus; quo coalescamus atq; adolescamus per omnia in illum, qui caput est CHRISTUS, Matth. VI. 33. 2. Petr. III. Ebr. V. 14. Utinam hæc omnes Catecheta & Concionatores probe observent, cum in hoc argu-

D 2

mento

(α) Accidental. Obs. & contra Epicurzos, qui virium ceu naturalium ἀδυναμίας excusatione pro more abusive recepto declinant: modo graviora coram mundo exstantioraq; peccata horrere videamur. Conf. elegantiss. diss. B. J. Ge. Neumanni, de Peccato sub spe venie commisso, & D. J. Fechtii de fide bonorum temporalium.



mento occupantur! optat B. Schomerus *Disput. 2. Mor. §. 18.* observans simul cum Theologis nostris orthodoxis, hanc propositionem præprimis in Theologia *moralis* sedulo esse adhibendam & excolendam, adversus carnalem mundi securitatem; uti in Theologia *Polemica*, proposit. de fide, contra gloriationes pharisaicas turgidasq; agatur adcurate (β): ne lex ipsis perfecte cedatur impleri virtute propria, vel externa Pontificali & Synergistica ac Sincretistica; vel interna Arminiana, seu Weigeliana, Sociniana ve, Quietist. & hisce similibus, tam in Anglia, quam in Germania Novaturientum. (γ).

Collectis autem præmissorum terminis, adparebit sic facilius nostram expiationem & justificationem, ratione sui *subjecti & essentia* non esse B. O. charitatem, amorem, vel pietatem, vel obedientiam legalem in latiori

(β) *Obs. quod Dn. D. Fechtius in Coll. MSc. in König. Dist. inter scripta, quibus Theologia ista, qui ad ministerium Ecclesiasticum aspirant, simpliciter proponitur: quæ merito ab omni involucri Philosophico & Philologico libera, atque ita comparata esse debet, ut pro concione publica simplici rudique populo possint inculcari; atq; inter scripta, quibus veritas contra adversarios defenditur, in quibus notitia terminorum Philosophicorum plane necessaria est, cum adversarii illis utantur, oportet utamur visum in armis.*

(γ) *Addamus etiam Celeb. Th. B. Chemnitii iudicium, de exerc. pietatis in Loc. Theol. de usu loc. Th. p. 17. præcipua cura esse debet in singulis locis, quomodo & qua ratione doctrina tradita accommodanda sit ad usum in sermone exercitiis pœnitentiæ, fidei, obedientiæ & invocationis. Ita enim mentes proficient simul & doctrina, & pietate. Quam etiam methodum V. Calovius in aureo suo Systemate, aliique sequuntur; est enim Theologia nostra habitus intellectus practicus, & ἐπίγνωσις ἀληθείας ἡς καὶ εὐσεβείαν, Tit. 1. quæ διδακτὴν ὑγιάνουσαν infusate querat in Script. fundatam.*



ori sensu acceptam; sic enim B. O. charitas vel pietas (d), Synonymum omnino conceditur esse Christianæ religionis: ut, si pietatem cum illis dicis esse fundamentum Christianismi, vel religionis, ejusve unionis, idem foret profecto, pietatem esse pietatis fundamentum, sive religionem esse religionis fundamentum, ad quam debet fieri unio ipsa. Supponimus ideoque subjectum esse & causam JESUM CHRISTUM, sanguinemque ejus super add. probatum est, (circa quod Obs. ap. Theologos & Metaph. quomodo causa CHRISTI diversimode consideretur.) Deinde expendatur ratione *Prædicati*, peccatorum expiatio, quod nullatenus operibus etiam tribui potest; sed justificationi & remissioni peccatorum, in sanguine & merito JESU CHRISTI fide apprehenso, sine legis operibus, vel satis m. patet ex *Rom. III. IV. & VI.* in quibus fides salvifica bene fundata docetur, & auditores deinde ad pietatis praxin, & B. O. studium ducuntur.

2. Adduximus etiam, inter controversias superiores, Cocceji (ωάγεσιν) aliorumque Sociniantium hypotheses, qui, leges (uti in se resp. validas) Mosaicæ promissionibus evangelicis gratiæque fœdere destitutas esse, contendunt; quum ipsis videtur legem nullum habuisse fructum, si per opera illa legis nullus justificaretur. Verum enimvero, præter hoc, sub lege, Evangelicum fœdus, ex historiæ Vet. Testamenti pactionibus & vindictis, sub sponsione Messiaë, ex Mose ipso exclamante,

D 3

Exod.

(d) Videbis Johan. Gerhardum in *Schola Pietatis*, in *Pref. pag. 1.* nec non termini hujus absurd. ap. Joseph. Wincklerum in *der auffrichtigen Entdeckung seines Hersens* / pag. 12. seqq. atque Ce- leber. Wernsdorfium in *Aphorismis Theol. de causis impellendis ad pietatem*, pag. 1. seqq.



„*Exod. XXXIV. 6.* Jehovah misericordem, gratiosum,  
 „longanimum, benignum, condonantem iniquitatem  
 „& peccata, mentionem operum minime facientem; ex  
 „Davide *Psalm. XXXII. 1.* justum pronunciante, cui Domi-  
 nus remittit peccata, &c. nostra ibidem excludente  
 opera: Ex Prophetis, unum saltem Danielelem audiamus  
 loquentem *Cap. IX. 17. 18.* se enim cum populo dic: non  
 „justitiis nostris freti deponimus preces nostras, coram  
 „Te, sed super miserationibus multis audi Domine; Sal-  
 vator, Messias, Goël. app. *Esa. LIII. 15.* Nec non, satis nobis  
 in Novo Testamento faciet, vel unicus Apostoli locus  
 ad *Gall. III. 19.* Quid igitur lex inquit? τῶν παραβάσεων  
 χάριν προσέλετη, respondit, transgressionum ergo pro-  
 missionibus adjecta dicitur; quum non justificet, nec  
 vivificet; adeo plane, ut B. O. jubeat facere; sed per illa,  
 justitiam & vitam non det; præcaveatque, ne justitiam  
 & vitam à Messia comparandam, vel comparatam per-  
 damus per transgressiones: quæque pædagogia sua ur-  
 geant CHRISTUM quærere ac obtinere ab ipsis unice  
 liberantem. Horum pædagogia & usus etiamnum pe-  
 rennare certo respectu graduque quoque in novo fœdere,  
 nullus inficietur: quo illud *Ebr. XIII. 8.* χθές V. & σήμερον  
 Nov. Testam. pertineat; ut, & cum Petro *Actor. XV. 11.*  
 dicamus, per gratiam JESU CHRISTI credere, & sal-  
 vos fieri nos, ut illi scilicet V. Testam. Supervacaneum  
 etiam foret nostram ulterius justitiam fidei, non ope-  
 rum, gratuito factam, statuminare, per sapius rep. *Voc.*  
*δωρεάν Rom. III. 24. Cap. IV. 25. Cap. V. 10. Cap. XII. 6. 2. Cor. V. 21.*  
*2. Tim. I. 9. Tit. III. 5. 6. Gall. II. 16.* ubi opera penitus ex-  
 cluduntur, atque sapiuscule rep. διὰ τῆς χάριτος justificatos  
 asseruntur: uti in Vet. Test. per vocab. respondentia



וְיָחִידָא / וְיָחִידָא / וְיָחִידָא / quibus gratia DEI benevola affectum suum pium & misericordem in justificatione vel peccatorum condonatione significat expresse; adeo plane, ut vita æterna nihil aliud sit, quam χάρισμα Θεῶν, Rom. VI. u. cujus salus in alio non quæratnr nomine sub cælo, quam CHRISTI JESU; Actor. IV. 12.

3. Restat adhuc calumnia Sociniana, Weigeliana &c. Democriti & Novatorum illorum, qui justitiam & satisfactionem CHRISTI imputatam in sanguine negant factam; quique justitiam illam essentialem, & inhæsitivam Osiandristicam, malunt, propugnantque adeo, ut omnis fides, sive fiducia, & satisfactio evertatur totaliter: atque fiducia potius sui & confidentia B.O. vana potius in se, & deificata sua natura quæratnr; utpote quum ipsi fundamentum totius, & medium unionis mysticæ cum DEO ponunt pietatem, vel bona opera ac charitatem, atque essentialem ipsam DEI sibi arrogant justitiam; ut facilius externam tm. CHRISTI satisfactionem quasi putatitiam, & contrariam justitiæ & immutabilitati divinæ, pietatisque obstaculum removeant annihilentque, & perfectissimum ipsum summum, imo divinum prorsus hauriant possideantque in hac vita sanctuli; ex quo in Atheismum (α) plane ipsum, aut, ut fieri apud libertinos & Singularistas solet, in alia extrema

(α) Duplex Atheismus fanaticorum h. r. apud multos Novaturientium regnat; alter, qui rationalismus atque audit, apud Batavos & Reformatos ac Anglos admodum familiaris, qui rationis dictamine & naturalibus scil. viribus B. O. jactitant salvari; alter naturalismus Spinozæ cum primis atque Romæ est horrendus, qui naturam universam putat Deum esse, & omnia inmanentem tantum



trema & horrenda absurda plurima Novatorum multi  
 prociderunt (quum se, ut plurimum putant, pietatem  
 & Christianismum promovere;) haud sibi persuaderi  
 ulterius passim œconomiam nostram salutiferam & sa-  
 nam, in sacris Scripturis fundatam admittere; sed, po-  
 tius nos impietati (arg. ex abusu) & securitati fene-  
 stras aperire latas in suis præjudiciis hariolantur,  
 calumniando inaniter; nullam sic considerandam veni-  
 re miseris vidimus captivitatem spiritualem, cujus nos  
 rei sumus, (lapsum per physicam mere expl. corruptio-  
 nem) nullam ἀνομίαν, secundum culpæ reatum aut pœnæ  
 habendâ esse rationem, nullumq; plane debitum; adeoq;  
 sic consequenter in cassum cruentus כפר sacrificiorum,  
 typi & antitypi, & λύτρον aliquod, aut ἀνίλυτρον (in sacris  
 toties iteratum) respectivum, scil. ad debitum, (correl.);  
 quod considerari debet in officii nostri debiti vinculo, in  
 Adamo disrupto, & in CHRISTO a resarcito; ut per veram  
 fidem cum Redemptore; in una persona mystica, com-  
 parere coram Patre cœlesti queamus, Eph. III. 17. fuit. n.  
 debitum à Salvatore gratis præstitum, nostri loco, quod,  
 ceu justitiam nobis imputandam ac attribuendam arro-  
 gare possimus; ut peccator ad reconciliationem veniat,  
 & peccatum abhorreat, ac relinqvat, ceu opus diaboli,  
 sub maledictione ac condemnatione, gratiamq; evang.  
 exosculetur gustetqve dulcissimam, in novitate vitæ  
 ducent-

*in DEO fieri, quique homines facit DEOS scilicet sub speciosa  
 virum pietate & desicatione jactanter Platonica prorsus: sive id  
 fiat etiam per tantam cum CHRISTO personaliter factam unio-  
 nem mysticam ceu inessentiali justitia, ut desicentur plane in sua  
 sanctitate & justitia inflati, ceu Papistarum sanctuli incedentes,  
 alienam ut DEL spernentes: sive id fiat per Cabbalistarum sephi-  
 roticam doctrinam, Rabb. philosoph. cf. Fakierus, Vockerod. &c.*



ducentem; & quod *Form. Concord. p. 595.* habet: eam ob  
 causam (eos) redemit, ut legem DEI interdum noctuq;  
 meditentur, atq; in ejus observatione sese quotidie,  
 exercent: cf. *Sol. Dec. p. 701.* Adde, quæ Danhawerus  
 cum LUTHERO in *Hodol. Phæn. 9. pag. 400. & 404.* scribit  
 eleganter. Justitia enim DEI vindicativa, quam m. viti-  
 ant, uti à veritatis regula, per essentiæ ejus indolem non  
 discedit, quin effectum suum habeat; ita q. absoluta  
 tamen illa non fuit, ut in infernum illico detruderet  
 debitores sine ulla gratia, quin DEUS idem, semper  
 sibi constans, ut misericors m., viam gratiæ non præ-  
 cluderet, ubi medium adhuc reconciliationis invenire  
 posset, quo morti æternæ adjudicatos liberare potuisset.  
 Sic contemerentur alioquin attributa divina, quæ  
 DEUS ipse sunt; imò, secundum omnes suas partes fidei  
 & articulos, subverteretur Theologia nostra omnis,  
 tam in theoria, quam in praxi vera; (qualis abusus exe-  
 crandus divinæ veritatis, absit ab analogia sacratissimæ  
 Scripturæ, & librorum Symbolicorum nostrorum, aut  
 à Theologo vere Christiano, sincero & cordato, ut pati-  
 atur ullo modo fieri, siue ulla ratione tegi fucata!) quæ  
 singula articulorum jam vitiata ostendere, ob brevitatem  
 mihi propositam, secundis linquo laboribus.

§. V.

Seqvitur ulterius; *Num ne sacrificia V. instrumenti  
 suam habuerint vim & valorem expiationis peccatorum, quem  
 plurimi Socinizantes inficias eunt? ad quod directe  
 paucis resp. aff. DEUM istum typicum actum, quo  
 brutum animans mactabatur, ac offerebatur, ita sibi  
 placuisse, ut homini isti, pro quo sacrificium à Sacer-*

E

dote



dote immolabatur, propter valorem & sufficientiam antitypi Salvatoris, expiatorium & piaculare esset ab omnibus peccatis; nimirum, si homo iste, pro quo offerebatur, vera pœnitentia venisset, reatumque professus esset iræ & pœnæ promeritæ, ac firma fiducia adspexisset ad futurum Messiam, ceu victimam olim mactandam pro suis peccatis, & totius mundi. Etenim, quamquam diversam habitudinem dicat & objectum expiationis, unus tamen idemque erit piorum Vet. Testam. ac Nov. qva essentiam & entitatem expiationis actus, fructusque. Et tametsi cognitionis concedamus gradus fideique, quum adhuc sub obscuris q. involucris rituum externorum respiceretur Messias, colereturque DEUS; per illa tamen externa & corporalia visibiliaque, ad interna spiritualia, & invisibilia manu ducebantur expiatoria. Adeo ut, etiamsi propria virtute, vel opere operato, vel dignitate sacrificuli non expiarint typica ista sacrificia pro peccatore; virtute tamen aliena, & ita typice expiasset hominum peccata, asserrere non ambigimus, ut repræsentando victimam efficacissimam (ut ens in potentia) omnia expiantem peccata, CHRISTUM JESUM antitypum in ara crucis offerendum expiaverit omnimodo (sic heri ut hodie). Et q. nec typice tropice ac significative saltem oblata sunt sac.; sed simul *μεταδοτικῶς* ac *ὀργανικῶς*, & per rationem instrumenti, ut media & organa divinitus ordinata, in quibus vere offerebatur, & applicabatur per fidem valor meriti sanguinisque CHRISTI expiatorius, æque ac sanguis ejus, actu alioq. effusus in Novo Testam. per sacramenta exhibetur verus: unde, sacra pagina, concludit B. Königius in Th. Pos. acr. p. 252. seq. eadem virtute veteris testamen-



stamenti sanguinem sacrificiorum *in anima expiare*, dicit, *Lev. XVII. 11.* & quemadmodum bona illa præsentia adspiciantur, observat *B. Bajerus* in *Comp. Th. Pos. conf. pag. 483. ad Lit. C. Part. III. Cap. 1.* & quæ ex *B. Musæo* allegat, etiam consideratione dignissima sunt, &c.

## §. VII.

Ad pertexendum ulterius porismaticas nostras responsiones ad adversariorum Novatorumq; *Φλυαρίας*, utcunq; p.t. factas, ut *ἰμοδοξίαν ὁρθοδοξολάτων* verbo ostendamus; convincamusque adhuc Pietistas mali falsiq; fundamenti, dum quærimus; *in quo consideretur articulo sanguinis hujus expiatio, expurgatio, vel satisfactio*, quum plurimas hæc *Qv.* in ecclesia dederat turbas, & scandalosas lites? *B. J. F. Königius*, qui non confuse tractaverat theologiam, in sua *Th. Pos. acr. §. 577.* non obscure docet: *Unio* (scilicet mystica justificationem sequens) prior est renovatione; ex hujus namque effectibus, bonis scilicet operibus, tanquam à posteriori, existentiam ejus possum cognoscere, additq; clare s. t. regenerationem & justificationem esse priorem unioni & renovat.; Tametsi, quia unionis momentum, quoad nostrum concipiendi modum, temporaneum videatur, cum momento tñ. regenerationis, vel justificationis, renovatio, ceu apotelesma, idem incipit temp9, eundemq; nexum: quanquam eandem non habent formam, prædicata, & effectus. Quare *B. Neumannus* in *nex. donor. grat. §. XIX.* difficile, dicit, sciri, ubi, & quando homo renovari incipiat. Nam, cum quibusdam, si distinctionis concedatur momentum intercedere inter *Just. & Renov.*, oportet intelligatur adcuratio momentum omnino diremptionis & naturæ, non adeo



successione temporaneæ & diuturnæ : quandoquidem  
 n. exercitium virium acceptarum debeat habere dein-  
 ceptus tempus, & magis magisque succrescere, ideo denuo  
 tempus consideretur magis. Hinc *J. A. Scherzerus* in *Syst.*  
*Th. veterum Lutheranorum saniorumq; Theologorum*  
 sincere premens vestigia, clarissime evincit, renovati-  
 onem justificationi non antecedere; (*pag. 454.* esse no-  
 momentum q. aliens, ) distinguitq; bene renovationem  
 à justificatione, tanquam actu salutis fundamentali, &  
 à regeneratione, tanquam actu *ἰατρικῷ* priori, observat:  
 eamque considerat, ut charisma successivum in tali ho-  
 minis mutatione, quod actum justificationis sequi oportet,  
 operans vel ponens nova & meliora: ceu *ph. Melancthon*  
 dist. inter mortificationem, & vivificationem: uti  
 quoque *Hæpffnerus* in *Aux. pag. 468.* & *Hülsemannus* in *Brev.*  
 similiter tractantes, dum in renovationis conceptu  
 etiam de imaginis DEI restauratione agunt, secundum  
 Apostoli methodum antea adductum. *B. Mart. Chemnitzio*  
 veterum nullus tractavit distinctius renovationis nego-  
 tium, in *Enchirid. Exam. pag. 159. seqq.* qui actum rege-  
 nerationis & renovationis agens distincte, monet ex  
 phrasi biblica, Spiritum S. dici Spiritum regenerationis,  
 (obl. strict. signif.) renovationis autem actum in pri-  
 vatione & mortificatione exuitioneque operum carnis,  
 & positione novæ vitæ, quo in novitate Spiritus ambu-  
 lemus. Idem *J. Gerhardus* *Loc. Theol. Tom. III. pag. 285.*  
 quemadmodum regeneratio à renovatione est distin-  
 cta (ratione tamen habita initii renovationis, quomo-  
 do etiam nexu individuo sint conjunctæ) ac quomo-  
 do justificatio, ejusque effectus distincte consideretur,  
 docet *G. Lyserus* in *Syst. Exeg. pag. 1631. seqq.* immutatio-  
 nem



nem hominis generatim à renovatione deducens, expli-  
cor novum, *Psalm. LI.* & Spiritum novum pœnitentiæ  
lapsorum recedentium, nimir. ad renovationem cordis  
novi & Spiritus novi, uti *Ezech. XI. 19. XVIII. 31.* & quo-  
modo suo modo respiciat etiam regenerationem ratione  
innovationis roboris ad renovationem prorogandam,  
explicat. Et *A. Calovius* in *Bibl. Ill. ad Tit. III. s. pag. 1077.*  
renovationem describit, quod sit ipsa mutatio in novum  
hominem & restauratio ad imaginem DEI, & templam  
Spiritus Sancti; atq; *Celeb. Calixtum* Syncretistam infi-  
gnem, pro more illorum (sc. Syncretistarum) confusio-  
nis hujus justificationis, & sanctificationis articulorum  
insimulat, arguitq; merito. Hanc etiam Theologiæ  
partem magna, ut solebat, adcuracione egit *Job. Mu-  
seus* (ejusq; gener distinctius, *Gr. Bajerus*, in *Compend.*  
*Th. Pos.*) pro sua autem ætate innoxius ac innocens,  
quod simul videatur in *lib. de convers.* hos articulos, ubi  
de novitate operum & habituum hominis, una cum  
novitate effectuum Spiritus Sancti tractare: quod hac  
ætate, qua fanatica multa propinantur, & fundamenta  
peffimarum jaciuntur doctrinarum non procedit; sed  
majori *ἀκριβείᾳ*, & distinctione solida agendum est. No-  
vatorum (Pietist.) *πρώτον ψεύδος* quum B. Operum perfe-  
ctismus est (a) cum Weigelianis, Socinianis, Bömistis,  
Quietistis ac Quackeris, aliisque; cum quibus (uti dix.)  
unionis mysticæ medium faciunt charitatem, ut essen-  
E 3. alem

(a) *Videntes Pietiste - Novaturientes se nimis prodidisse in perfectismos  
ideoque, uti Chr. Obadias, in libello de discrimine Oribodoxie &  
Christianismip. s. (quem Joach. Langius, Profess. jam Hellenst,*  
*Theol. adeo laudat.) distinguunt jam inter perfectionem quantita-*  
*tivam*



tialem obtineant unionem CHRISTI; opus E. habent hos articulos pessime confundere, post Cel. Spenerum, in der Ubereinstimmung c. Wittenberg: pag. 237. occasionem qualemcumque dantem, afferendo renovationem esse regenerationis continuationem, sive renovationem esse continuationem illius sanctificationis; & justificationem cum renovatione confund. comparando hanc cum creatione, & illam cum conservatione; & similia, quæ minuta videntur, sed sequelas habent pestiferas, in iustifica, vel imputata satisfactione, seu expiatione, aliisque. Sic omnino sequeretur regenerationis & renovationis formam esse unam eandemque, nim. hujus, restaurationem imaginis divinæ. Ast non salvamur per imaginem divinam; sed ordinis est imitari DEUM, debiti quoque nostri, redire, quantum; ad pristinam integritatem possumus, & quæ renovari novamque fieri creaturam quæamus. Sic profecto Apostolus non potuisset nuncupare baptismum Tit. III. lavacrum regenerationis, si hoc modo continuationis fieret lavacrum; ergo absurdum est, quum semel tantum peragitur. Non enim inficiatur quisquam statum regenerationis durare (general.) dum renovatio durat; aut etiam aliquando in scripturis mentionem fieri expiationis & purgationis, quæ cum sanctificatione quæ recurrit, sed originem debet justificationi; Ideoque negandum ac pernegandum ipsis est obnixè, secundum analogiam scr. idem in ipsam renovationis constituere formam? Et diligenter distingvend. inter priora ordinis salutaris, quæ

*tivam & qualitativam; & nos uti Spenerus dic. qualitatis ratione (q. αἰθερολογον) pertingere perfectionem. Quod etiam D. Breithauptius in Diss. de perfectione partium involvendo involucre, cupit extricare, eodem in. res recidit, si vere & sincere obs.*



quæ regenerationem præcedunt, & quæ sequuntur, in pietatis praxi reflexe promovenda (quod obs. quippe in quo decepti m. sunt) primordia facienda à renovatione esse, sed in theoria salutarium doctrinarum, juxta ordinem debere revelatum procedere; nisi B. O. justificationi & fidei anteponeere velint, ordinemq̃ salutaris turbare œconomix. Quid multis? unus saltem nobis satisfaciet supra nomin. CALOVIUS solide differens ad I. I. Job. I. 7. cujus verba adduci merentur: *Distingvenda proinde purificatio, inquit, quæ ad Articulum justificationis pertinet, & fit apprehensione expiationis CHRISTI meritorie, & remissione peccatorum nostrorum, Ephes. I. 7. Coloss. I. 14. ab illa, quæ ad Articulum Sanctificationis spectat, & fit cum à Spiritu S. renovante vetus homo exuitur & mortificatur, novusq̃ induitur & creatur in nobis, nosq̃ve nova creatura in CHRISTO sumus, & in novitate vitæ ambulamus, Ephes. IV. 24. Coloss. III. 10. 2. Corinth. V. 17. Gal. VI. 7. 15. Rom. VI. 4.* Quæ confunduntur à Papistis, (uti à Pietistis) sed accurate in Scripturis distingvuntur, quum aliud sit justificatio, aliud sanctificatio: Illa præcedat, hæc sequatur: Illa per remissionem peccati describatur, quam coram Tribunali DEI virtute sanguinis & meriti CHRISTI consequimur, adeoque ita sanguis CHRISTI mundat nos à peccatis, cum propter CHRISTI expiationem fide apprehensam à peccatis absolvimur & in gratiam recipimur. Peccata enim expiantur, non ut non sint, sed ut non imputentur. Hæc autem est, cum vires nobis ea donantur, ut relictis peccatis vitæ sanctitati studeamus; hætenus Calovius. Sic maximum inter hæc est discrimen, non temporis adeo, sed naturæ omnino, ac respectum habet ad ordinem sal. in Sc. S. datum; & quidem inter regenerationem ac renovationem non disc. naturæ absolute,



late, sed respective, scilicet quatenus presse respiciant sese invicem; quum fides in se habet instar causæ applicativæ in motu, sine qua non resp. opus; & merito à Metaphysicorum filiis consideratur, à parte hominum, ut causa sine qua non: quæ de B. O. non dici, nec secundum analogiam fidei, ullo modo sic considerari potest; nisi distinctionem impetrent Papizantem, scilicet inter fidem informem, & fidem charitate formatam, seu efficacem ut Hornejus in Expos. lit. pag. 14. ac Novaturientes & Syncretistæ. Videtis notam hanc in Hornejum à B. Calovio in Syft. pag. 246. T. X. accurate deductam.

## §. VII.

Merito etiam hæc à me tractaretur quæstio Terministica Novatorum, si brevitatis permetteret: *an sanguis JESU CHRISTI retineat vim perpetuam expiandi, & donec vivit peccator, CHRISTI merito frui, & peccatorum impetrare veniam, queat?* quum contumeliose nimis tractant CHRISTI meritum Pietistæ (α), quasi, post terminum quendam gratiæ peremptorium elapsum, haut potens fuisset expiandi peccata postmodum commissa; sive illud restringunt ad aliquam ætatis humanæ periodum; vel, stolidius quidam, non ultra tria peccata graviora se extendere expiationem ejus, hariolantur. Profluit illorum error ex male intellecto peccato in Spiritum Sanctum, atque pejus explicata induratione, nec non pessime applicata distinctione voluntatis DEI antecedentis & consequentis, Calvinianam redolente methodum. Conf. Cl. Reineccius in Epit. Cont. Term. in qua, post Celeberr. Spenerum, & socero pollicem limitate subrigentem, Ampl. Rechenbergium, &c, antesignanum

autem  
(α) Accurate in. sunt Dist. Novatores, prout magis vel minus aberrant.



autem Bösum Sorav. sese elevantem Terministarum, aliosque Novaturientes, cum Academ. Facultatum & Theologorum summorum responſionibus & refutationibus habes aſſatim. Interea non poſſum non infelices illos deſperabundos dolere, qui non ratum habent JESU CHRISTI meritum, & quovis tempore præſto beneficium illud credentibus, uſque ultimum vitæ articulum, tam ad acquiſitionem (comprobavimus) quam applicationem ejus. Nam, ſi quibusdam DEUS hominibus gratiæ fixiſſet terminum ante fata, ſequeretur, omnino homines, poſt elapſum terminum, non amplius in hac vita converti, & ad agnitionem veritatis pervenire poſſe: ſequeretur ejusmodi homines, poſt terminum elapſum non amplius peccare, vel etiam pro peccatis illis CHRISTUM non fuiſſe mortuum: ſequeretur omnino homines, poſt terminum dictum peremptorium, non ſerio, ſed hypocritice ad pœnitentiam vocari; & DEUM hujusmodi homines una manu per voluntatem ſigni ad pœnitentiam illicere, altera verò manu per voluntatem beneplaciti (ut Calvin.) à ſe repellere: ſequeretur fideles Eccleſiæ miniſtros cum parrheſia totum ſuum cœtum ad pœnitentiam invitare vel hortari non poſſe, ob quosdam induratos, quibus DEUS præcluſerit pœnitentiæ aditum: ſic ſequeretur tentatis de ſalute eſſe deſperandum. Imo m. dicendum foret, non reprobationem mereri illos, propter finalem incredulitatem: nec dicendum peccare eos, qui poſt elapſum gratiæ terminum, de ſalute ſua deſperarent: Dicendum etiam eſſet, termino elapſo, verbum DEI prædicatum non ſolum accidentaliter & ratione eventus, ſed etiam ex DEI intentione, virtute ſua & efficacia divina deſtitui: imo

F

verò



verò sequeretur, hominum miseriam majorem esse DEI  
 misericordia, *Rom. V. 20.* & tolleretur canon Theol: Pœ-  
 nitentia serua nunquam est fera; cum similibus sequelis.  
 Vid etiam B. Ittigii Diff. de Reservat. satis refutatam  
 est & B. Neumanni Disqv. uberrima, &c.

## S. VIII.

Necessarium etiam est, ut paucis videamus, an  
 (patristica illa phrasia) una gutta sangvinis CHRISTI  
 satisfacere potuerit pro mundo? Afferimus omnino fu-  
 isse potem ac sufficientem redimendo humanum genus,  
 si spectatur qualitas ejus, respectu personæ non finitæ &  
 vulgaris, sed infinitæ, (& Dei infiniti, quod probavimus)  
 & sangvinis prærogativis infinitis inclusæ; quippe quæ  
 redemptionis nostræ precium app. unum 1. *Timoth. II, 5.*  
 verum 1. *Petr. I, 19.* 1. *Cor. VI. 20.* perfectum *Rom. III, 25.*  
*Esa. LIII.* universale 2. *Cor. V. 14.* æternum *Hebr. X, 14.* &c.  
 Qvis ergo ambigat sangvinem talem non satis idoneum  
 ac dignum fuisse, cujus vel unicæ guttæ tribuatur ἀντιλυ-  
 τικόν? quum effectus non dependeat à quantitate sangvi-  
 nis, sed qualitate; nec expiare, quia largiter effusus,  
 sed quia sangvis est DEI, qui ὑπὲρ πάντα ἐκπερισσὺν ultra  
 omnia facere potest abundanter, quæ petimus, aut co-  
 gitamus, juxta vim agentem in nobis *Eph. III. 20.* ut non  
 etiam possimus non sine ullo scandalo succinere seqq.  
 in recentioribus quidem Svecicis cantilenis correctæ:

Dein Blut der edle Saft /	Ein Blod ten ädle Saft /
Har solche Stärke und Krafft /	Har sådan Macht och Krafft /
Das auch ein Tröpflein kleine	At och en Droppa ringa
Die ganze Welt kan reine / &c.	Kan hela Werden swina / &c.

Sed, alia est quæstio, an una gutta hic satisfecerit?  
 quod inficiamur, si modeste ac sobrie in hoc proceda-  
 mus



mus mysterio; quatenus enim non fuit in consilio DEI, *Actor. III, 26, 28. & XX, 27.* quod nobis annuntiavit, ut una præcise esset gutta; quum sic potius potentissimus arbiter guttam quodammodo extorquere posset leviter fauciando (ut celeb. Sup. D. MAYERUS ait cum Scherzero in Disp. de sangv.) guttam exprimere & elicere; sed fieret omnino talis talis passio, quia ἡ χείρ καὶ βελή σὺ προώρισαι; quod consilium DEI Evangelistæ etiam ut necessarium maxime urgent, *Job. XIX.* in descriptione passionis, lateris confossi & emanantis sanguinis veri, *Luc. XXII. & XXIV. Marc. XIV. & XV. Matth. XXVI. & XXVII. & c.* & ut dulcissimus Servator loquitur egressurus ad passionem *Psal. XL. Ecce venio: In capite libri scriptum est de me: quippe* cujus pallium sanguine esset lavandum *Gen. XLIX, 12.* ex vulnere vehementi exprimens sanguinẽ *Ef. LII, 5. & c.* Conf. præfiguratio allata & quotuplicitas & c. Adeoque non propterea concludendum esse cum Socinianis aliisq̃, sanguinis reliquum fuisse superfluum, quantum guttam superaverat; quum per abundantem suam gratiam una gutta non fuisset sufficiens, ratione totius meriti & divini consilii, respondent Theologi, *Actor. XX.* nisi concedere velint superfluitatem illam thesauro adscribi Papicolarum & nundinationi indulgentiarum.

## §. IX.

Merito etiam deducatur quæstio subsequens, huic præcedenti adhærens, contra Pontificios (videtis Tostatum in *Com. Gen. IX. p. 352.* Salmeronem *T. III, tr. 48.* Baradium *T. IV. Conc. L. 7. C. 22.* Lorinum ad *1. Job. I. 7.*) præsertim, an sanguis JESU CHRISTI, post dictum consummatum, è latere emanans λόγος non haberet efficaciam? quæ ut concedatur,



cedatur, verbum DEI minime concedit; quum alioquum  
 fuisset in cassum effusus, quod absurdum est, & frustra-  
 neam consumsisset operam Salvator, quod *αθεολογία*.  
 Toti enim sanguini ll. cc. Script. tribuit meritum vel  
 expiatio, quippe homogeneo toti, unumquodque habenti præ-  
 dicatum, & quia unionis statum, semper manenti divi-  
 no, *ἀδιαιρέτως*, impartibili ac indissolubili. Hinc sanguine  
 crucis nos reconciliatos esse, asserit Apostolus *Col. 1, 20.*  
 & peccata nostra pertulisse super lignum, cujus vibice  
 nos sumus sanati *1. Petr. II, 24.* idemque DEUS, qui non  
 per aquam solum, sed per aquam & sanguinem venit  
*1. Joh. 1, 9.* cujus omnis plane *sanguis*, nullo addit esse ex-  
 ceptum, purget expietque nos ab omni peccato.

Affertam vero satis à me esse reor, per DEI assisten-  
 tiam, sanguinis dignitatem, vim & efficaciam debitam,  
 adversus adversarios quosvis, cui cuimodo sint; addam  
 adhuc generale ratiocinium firmum, & ex præmissis jam  
 suis conclusionem infallibilem: Quodcumque de sanguine  
 vere & realiter prædicatur, id ipsi competit aut à natura  
 quat. propria, aut à Deitate, per unionis gratiam, reali-  
 ter, quum absque ullo tropo ei tribuitur purgatio, expia-  
 tio & satisfactio. Atque de sanguine ejusmodi efficacia  
 vere & realiter prædicatur. *E.* competit ipsi aut natura-  
 liter aut divinitus; non autem habuit humana natura.  
 ex sua insita & naturali virtute ac potentia propria,  
 quia sic nostræ consimilis est *Phil. II:* ergo à divina natu-  
 ra, quæ illam se personaliter univit; humana unita vere  
 manet invariabilis. Vel ita argumentatur; aut falso tri-  
 buitur sanguini, quod purgat & expiat, aut vere. Non  
 illud. Ergo hoc. Medium terminum veritas ipsa ll. cc.  
 affatim probat. Nisi cum Nestorio dirimas unionis  
 com-



complexum, divellasque nexum communionis verum; etiam cum Calvinianis, qui efficaciam istam sanguinis realiter & efficaciter communicatam negant instrumentalemque concedentes; vel cum Socinianis & Novatoribus interno te CHRISTO expies essentialiter; vel cum Pontificiis, (Indifferentistis, Novat.) ejus virtutem, per tuam ipsius, tuique meriti adscriptionem detrahas, minuasque Sanctorum meritis & intercessionibus, indulgentiis, purgatorio, aqua lustrali &c. vel cum Judæis qui suis lotionibus & expiationibus plurimum tribuunt *Matth. XV. Marc. I.* & Turcis, qui templa sua ingressuri aqua tingunt frontem, manus, pedes, ulnas, etiam pro ablucendis peccatis quasi expiatorie &c.

## §. X.

Quandoquidem Judæi nimis sibi placent in allegoriis sacris & mysteriis cabbalisticis talmudicisve delectare, non abs re etiam foret disquirere, num tantum ipsis veritatis adfulgeat lucisque ex hebr. scriptis, ut etiam nisi putaminibus corticisque adhererent vano, nucleum ipsum in scripturis latentem invenirent, scilicet verum Messiam, passum, sanguinemque pro illis effusum, instar hostiæ expiatoriæ, & ἀναπαύεσθαι prorsus monstrarentur in suis erroribus; ex quibus, si paterentur, per deserta orbis balantes oviculæ, reduci possent ad beatum Christi ovile? Fugitivo ideoque, præ cæteris, adspiciant oculo sacrificium illud jure à summo Pontifice die הכפור expiationum oblatum, quod representaverat Messiam, ceu הכפרה עליו & hostiam ipsam, ipsumque summum Pontificem *Lev. XVI.* quum Patri suo reconciliationem insinuaverit redemptionemque suo sanguine præstitit



stiterit proprio *Hebr. IX.* per hircum alterutrum omnīs  
 culpæ vitiq̄ expertem, (cf. m. agnus paschalis &c.)  
 sortito oblatum pro peccato populi; ut sic CHRISTUM  
 præfiguraret sacrificium *ἁμωμων κ̄ ᾱσπιλον, 1. Petr. I.*  
 pro nobis peccatum habitum *2. Cor. V,* cui, ceu omni  
 fraude sublata, sorte obtingeret *Act. IV, 24.* ut in *כּוֹשֵׁן*  
 piaculari *כּוֹשֵׁן* & pro toto mundo oblato per fi-  
 dem in sangvinem ejus salvemur, *Rom. III, 25. 2. Cor. V, 25.*  
 & qvomodo hoc die Aaronicus hic sacrificulus præpa-  
 ratoris, suis lustrationibus solertia & apparatu qvanto-  
 cunqve typum nostri Messiā adumbraret, præsertim in  
 maceratione & mactatione victimæ, ejusqve oblatione  
 sangvinis; qvem intra velum & aditum inferret Deoq̄  
 sifteret, ceu reconciliationem, spargendo super & ante  
 arcam; Ita summus (Salvator) Pontifex tribunali ju-  
 dicioq̄ divino se sistens *Esa. LIII, 10.* à judice propter ali-  
 enos reus est condemnatus *Rom. VIII, 3. Psalm. LXIX, 5.*  
 adsp. illa *הַמַּיִם הַחַיִּים* *Jer. XXIII.* illudqve *יְכַרְכַּר מַיִם*  
*Dan. IX.* ut plagis, angustia extrema *Esa. LIII, 8, 10. ἀγῶνια*  
*Luc. XXII.* ὀλιψὲι κ̄ σ̄ενοχωρία *Rom. II, 4.* afflictus passusq̄  
 fit; qvoad demonstrationem suæ justitiæ *Rom. III, 25.*  
 voluit Pater in præde ac sponsore filio *Hebr. II, 10.* Et qvo-  
 modo sangvis in sanctuarium inferretur, & corpus hoc  
 die combureretur extra castra & pomeria; ita sangvis  
 JESU CHRISTI *ἱλαστικὸς* inferretur ad gratiæ thronum,  
 qui expiaret sanctificaretqve populum, & corpus suum  
 integrum extra urbem iræ divinæ ignem sentiret. Et  
 qvemadmodū ad finem festi hujus expiationis victimis  
 peractis Sacerdos magnus se sistebat, & legem docebat,  
 eaqve præprimis agentia, qvæ ad ministerium ipsius  
 populiq̄ expiationem pertinuerunt, cf. *Joma Misn. Tal-*  
 mud.



mud. Cap. III. ita sane CHRISTUM videmus à mortuis  
 resuscitatum sedere ad dextram DEI, & pro nobis pre-  
 cari *Rom. VIII, 34.* adeo ut hic הַזֶּה vel יוֹם הַחַיִּים vi-  
 cem habeat proverbii ap. Judæos, vid. Joma מִתְּוֵה  
מִכְפָּרִין מִכְפָּרִין מִכְפָּרִין מִכְפָּרִין / וְיוֹם הַפְּרוּרִים מִכְפָּרִין  
 ant. Plura de die expiat. videsis ap. Viros celeb. Ains-  
 vorthium, Altingium, Scheringamium, Hottingerum,  
 Rhenferdum. Nec non sole meridiano clarius loquuti  
 sunt veteres Rabb. de Messia, tam de persona ejus, quam  
 passione sangvinisque effusione. Tacemus jam quid de  
 mysterio crucis loq. præterimus alia de persona, uti ad  
*Gen. XLII. 16.* vel *Jobi XIX. 1.* verba מִלֶּאךָ הַגּוֹאֵר Rabb.  
 Menach. Raknat. notat כֹּחַ הַשְּׂכִינָה בְּאִמְרוֹ  
כִּי מִמֶּנּוּ הַגּוֹאֵר i. e. *meminit etiam Sche-*  
*chbinæ, quando dicit, Angelus redimens &c.* ut ex גִּילְיָהוּ re-  
 demtio ista, quæ omnino fieret כְּרֹם *Zach. IX. & Hebr.*  
*IX.* apud Prophetam dicatur גִּילְיָהוּ הַדָּם sangvinis vin-  
 dex; quod de sangvine a. expresse tradiderunt Rabbi-  
 ni, utpote R. David Kimchi ad l. *1. Reg. XX, 37.* אֲוֵתָהּ  
מִיֶּפֶה דָם שׁוֹפָא זְמַן אִתּוֹ הַצְּדִיק הִיטָה כְּפֻרָה לְיִשְׂרָאֵל  
 i. e. Gutta illa sangvinis, quæ ex hoc pio egressa est, fuit  
 expiatio Israëlis: quid clarius? Unum saltem addamus  
 de sangvine locum ex tr. Zohar f. 88. auro cedroque  
 dignissimum, nobisque hac occasione satisfacturum:  
 כְּשֶׁעָתָה דִּיתְפָסוּן צְרוּקָה בְּמַרְעֵזוֹ אוֹ בְּמַכְתֵּשֵׁין בְּנֵין לְכַפֵּרָה  
 עַל עֲלֻמָּתָהּ הִיוּ כֹרֵן וְתַכְפָּרוּן כָּל חֹבֵי דְרָגָה מִנֵּין מִכְּרֵ  
 שׁוּיִפֵי גִּוְפָה שְׁבַעֲתָה דְכָל שׁוּיִפִין בְּאֶעְקוֹ וְמַרְעֵ סִנֵי שְׁרׁוּיִתָּה  
 עֲלוּיָהּ שׁוּיִפָה חֲרָה אֲצַמְדִיד לְאַקְוָהּ בְּנֵין דִּיתְסוּן כֹּלְהוֹ  
 וְמִנֵי דְרוּעָה דְרוּעָה אֲלֵקֵי וְאֲפִיקוּ מִיִּנְיָה דְמָה כְּרוֹן הָא אֲסוּתָה  
 לְכָל שׁוּיִפָה גִּוְפָה אֵף הִכָּה בְנֵי עֲלֻמָּה אֲוִינוֹ שׁוּיִפִין דָּה עִם  
 דָּה בְּשַׁעֲתָה דְכַעֵי סָבָה לְמַחֲבֵי אֲסוּתָה לְעֻלְמָה אֲלֵקֵי לְחַד  
 צְרוּקָה



צדיקה ביניוהו ובניוהו יחוב מסוותה לכלה מנהל דכתובותיה  
 מחילל מפשעונו מרוכא מעונותונו ובחכורתו ברפא לנ  
 ובחכורתו מקוותה דרמא כמאן דאקטו דרועה ובהותה  
 חכורתה נרפא לנו מסוותה הוא לנא לכל שויפן דנרפא  
 ולעלם לא חלקו צדוקתה אלתר מיהב מסוותה לרר  
 ולכפרה i. e. versione quondam mecum  
 communicante Rabbinio & Professore Francof. ad Oder.  
 Antonio Margalita : *Eo tempore quo iusti morbis vel dolo-  
 ribus expiationem facient pro mundo, tunc expiabuntur omnia  
 peccata generationis. Unde nobis constat hoc? A membris cor-  
 poris universi. Quando omnia membra dolore affecta sunt, vel  
 egritudo gravis ea occupat, tunc unum membrum percutitur,  
 ut sanentur omnia. Quodnam est illud membrum? Brachium.  
 Quemadmodum si brachium percutiatur, & sanguis educatur,  
 omnia membra corporis sanantur; ita se res hic habet. Homi-  
 nes sunt ut membra unius corporis inter se conjuncta Quando  
 DEUS vult conferre sanitatem mundo, percutit iustum unum  
 ex ipsis, & propter eum largitur sanitatem ceteris omnibus.  
 Unde id habemus? Ex eo, quod Esa. LIII. dicitur: Ipse au-  
 tem vulneratus propter prevaricationes nostras, attritus est  
 propter iniquitates nostras, & per vibicem ejus sanati sumus.  
 Iste vibex seu livor est veluti sanguinis effusio e brachio; &  
 per eum sanati sumus h. e. per eum sanitas obtigit omnibus cor-  
 poris membris; ac seqq. admodum dilucida. Et alia simi-  
 lia in hoc tr. יוהר h. e. lumen, unde satis lucide haurirent  
 Judæi veriore cognitionem, si velum & tegumentum  
 detrahere vellent oculis, meditarenturque adcuratius  
 ejuscemodi, qvalia in Jalkut illorum innumera sunt,  
 atq; Avoda Sara Thalmudis Jerosolymitani, & in Mi-  
 drasch cohelet, ubi haustus veneni & serpentum mor-  
 sus nomine JESU sanatos leg. fuisse, nec tamen verpos  
 illos*



illos credere velle: ut Salvator ipse fatetur de illis, per-  
spectis tot ejus miraculis, nihil remittentibus de sua  
pertinacia, *Job. XV.* Conf. B. Danhauerus & Menzerus  
nervose vel *Rom. XI. 25.* exponentes, deplorantesqve  
illorum cœcitatē: Ut, velut auditores Petri, saluti-  
fero vini spiritu, è cella Spiritus S. inebriati saturatiq;  
fuere; ita hi *πνεῦμα κατ' ὕψους* hauserunt satanæ, vino  
lethifero impleti, cisternas venenatas quærentes, cœ-  
cutientesq; in agnitione DEI veri, & salutis fonte lim-  
pidissimo. Plura qui desiderat, adeat eruditum Sched.  
D. Gœtzii de *Convers. & Pot. Jud.* ex lect. lib. Luth.  
conf. Cod. Sanhedrin. Cap. Kel. Add. C. Gersonis *Wie-  
derlegung des Jüdischen Talmuds / Margaritæ Jüdi-  
sche Glauben / C. L' Empereur Clavis Thalmud. F.  
Brentlii Abgestreiffeter Jüdischer Schlangen. Balg.  
Buxtorffii Synag. Jud. Lex. Thalm. & Tiberias ejusd.  
J. H. Hottingeri Theses Phil. Lightfoot iHarm. Chron.  
Carpzovii horæ Thalm. Wagenfeilii Tela ignea Sat.  
& Jac. Rheenferdii Comparatio expiationis anniver-  
sariæ Pont. Max. in Vet. Test. cum unica atqve æterna  
expiatione JESU CHRISTI, &c. Verè ergò h. t. de  
Judæis per *ἐπίγειαν πλάνην. 2. Theff. II.* errantibus cir-  
cumferunt proverbium: *יין בן יין* quod, uti acetum  
vini est proles & degeneratio; ita degeneravit in pejus  
Synagoga dispersa annuatim, pessimis traditionibus  
obscurata indulgens.*

## §. XI.

Non utile minus, quam curiosum quoque est obser-  
vatu in Gentilium scriptis, quam multos ritus, expiati-  
ones, sanguinisq; effusiones, per commercium cum po-  
pulo DEI, vel scriptorum *θεοπνεύσαι* lectionem, impuro  
G haufe-



hauserint ore; ut eorum non minus neglectu, quam divina Philosophiæ Rom. I. 18. negligentia inquirendo ἀναπολογήτως esse concludamus. Conf. quemadmodum Hebræis fuit lege mandatum, in die sexto פירות expiationis, שבעה כבשים septem agnos offerre, sub mysterio illo septenario; Sic μυριολεχίτης & simius DEI, eundem captavit honorem sub numero eodem, in suis celebratibus ac victimis immolandis; ita enim Virgilius Æneid. 6. refert;

*Nunc grege de intacto septem mactare juvencos  
Præstiterit, totidem lectas de more bidendas.*

Et uti nulla peragebatur expiatio absque victimarum αίμαλεγχυσία Hebr. IX. ob antitypum suum; ita gentibus volupe fuit, etiam libare diis litareque sangvinem cum thuris expiando; Uti Lucianus in Phil. scripsit, ubi in agrum mane profectus, cum septem quædam sacra nomina ex vetusto libro recitasset, Σείρα καὶ δαδί καλαγνίσας τὸν λόπον, sulphure & face locum expians, & ter se in gyrum vertens, serpentes omnes, qui in ea erant regione, adduxit. De libaminibus, ubiq; apud classicos occurrit; De piaculis a. habet Virgilius, Æneid. 2. etiam hoc:

*Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent  
Effugia & culpam miserorum morte piabunt.*

Et apud Hebræos, cum Sacerdoti M. in magno purificationis festo esset injunctum induere Urim & Thummim, lineas vestes, lamina צר וקדש & כתר coronam &c. sic Latii etiam incolæ ejuscemodi usi fuere ornamentis & vestibus; ceu Plin. dict. I. XII. c. 2. mox & corollarius, postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur: & Tertullianus ipsa denique feres, ipsa hostia &

AY A,



αγα, ipsi ministri & sacerdotes coronantur, & Pausanias in Boëoticis: Ad oraculum progreditur, qui responsum petebat, χιῶνα ἐδεδυκώς, tunica indutus lintea & fasciis incinctus; Et quemadmodum post mactationem ἑρῆ seu patera excipiebant sanguinem sacrificiorum, ita etiam gentiles: ut Homerus Odyss. l. 3. hab.

---- πέλεκον δὲ μενεπτόλεμῳ θρασυμήδης  
ὄξυν ἔχων ἐν χειρὶ παρὶς αἰε, βῆν ἐπικύψασθαι.  
Περσέως δ' ἄμμιον εἶχε. ----

quin & Virgilius canit lib. 6. Æneid.

Supponunt alii cultros, lepidumque cinnorem  
Suscipiunt pateris. ----

Ceu etiam moris fuit legisq̄ hebrææ, פִּיטוּחַ perfecta, integra immaculataque offerre sacrificia; pari modo Gentiles, teste Homero eodem Iliad. lib. 1.

ἄκλιν πῶς ἀρνῶ κνίσσης αἰγῶν ἴε ἱελείων  
βέλεται ἀνθιάσας ἡμῖν ἀπὸ λογιῶν ἀμύναι. &c.

Nec non præ ceteris sapius illo nominatus Poëtarum coragus lib. 4. Æneid. fere idem indigitat:

---- mactant lectas de more bidentes  
Legifera Cereri, Phæboque, Patrique Lyæo.

Inter sacrificandum פִּיטוּחַ viscera cum adipe renibusq̄ eodem quasi ritu hos litasse genis suis, testatur Virg. idem lib. 6. Æneid.

Et solida imponit taurorum viscera flammis. &c.

Atque similia rudera, expiatoria, inveniuntur passim apud Juvenalem, in Satyris, Ovidium in Metam. Martialem, in Epigram. Ciceronem in Verrem, Thucydidem, in de Bello Pelopon. lib. 5. Lucianum in Phil. per λύτρα mactata, & Ennium ad ἔκτορα λύτρα lustrave expiatoria



ceu vicaria &c. Videt. Philolog. Scheringam. Cantabr. quem scio in parallel. plurima collegisse testimonia. Quid verò Spencer⁹ & Marsham⁹, Angli, minus ex vero scripsere in contrarium, aliis discutiendum relinquo.

## §. XII.

Operosum mihi nimis foret, si omnes & singulas consignarem heic quæstiones annatas, utp. *quoties præfiguratus fuerit Sangvis in Vet. Test. præsertim sacrificiorum?* docet lib. Lev. quem optime D. Frantzius in Schola Sacrificiorum explicat, ut; de agni sangvine paschalis, *Exod. XII, 7.* de sangvine vaccæ rufæ, *Num. XIX, 2.* de sangvine fœderis, *Exod. XXIV, 6. seqq.* de sangvine juvenci & hirci, *Lev. XVI, 14. Hebr. IX, 13.* quum omnia juxta legem sangvine purificarentur, nec ulla contineret remissio *χαρὶς ἀμωτέχουρας, v. 20. 21.* Nec non coccineus Rahabi funiculus, *Jos. II, 18.* sangvis innocentis Isaaci mactationi destin. *Genes. XXII.* & Abelis justii, *Genes. IV.* Josephi pii vestis sangvine tinctus, *Gen. XXXVII. &c.* quæ ad redemptionem per sangvinem omnia accommodantur typicè.

## §. XIII.

Nec, circa quæstionem, *Quoties Salvator sangvinem effuderit?* morabimur. Uti autem septenis vicibus Pontifex V. T. spargebat sangvinem vaccæ & juvenci versus propitiatorium; ita Mediator, & Pontifex noster N. T. septenis vicibus dignatus est asperisionem facere: sc. in circumcissione, in agonia usq; sangvineum sudorem in horto; in subsecuta flagellatione, in spineæ coronæ impositione violenta; in manuum pedumque transfixione, in lateris apertione.

XIV. Pau-



## §. XIV.

Paucis, Coronidis loco, istam, de *Sanguinis* hujus *in-*  
*corruptibilitate*, expediemus quæstionem. Magnâ isthæc  
 animorum contentione, Pio II. Pontif. Roman. Præside,  
 Anno 1463. Romæ fuit agitata, pro corruptione pu-  
 gnantibus Franciscanis, illam impugnantibus Domi-  
 nicanis. Vide quæ habet *Elias Ebingerus* in Disputatione  
 Theologica: De *Sanguine CHRISTI triduo Pagonis, Roma*  
*habita*. Franciscanorum vestigia legunt & corruptio-  
 nem defendunt *Calvinus* in XXVI. Matth. cum asseclis.  
 Vide è præcipuis hodie *Allixium* de *Sanguine Domini*  
 nostri JESU CHRISTI, ad Epistol. Augustini CXLVI.  
 peculiari dissertatione hanc sententiam defendentem.  
 Corruptionis verò esse expertem (1) Claræ Scripturæ  
 litera confirmat, quæ sanguinem hunc, rebus corru-  
 ptibilibus opponit, *1. Petr. I. 19.* (2) Unio personalis,  
 habitat enim in Corpore quod ex carne & sanguine  
 constat, tota Deitatis plenitudo, *Col. II. 9.* (3) Est San-  
 guis DEI proprius, *Actor. XX. 28.* Sanguis Filii DEI,  
*1. Johan. I. 7.* (4) Vivificatio sanguini communicata,  
*Johan. VI. 54. 55. seqq.* (5) Per proprium sanguinem  
 introivit in Sanctum Sanctorum CHRISTUS, *Hebr. IX. 12.*

Ceteras verò inutiles Papistarum nugæ, ut de af-  
 servato in hunc diem sanguine & reliquiis, de numero  
 guttarum, &c. de quibus videatur Thom. Aquinas, in  
 Summa, P. III. qv. 45. ac Baronius Tom. IX. Ann. fol.  
 154. seqq. & qui justo volumine de sanguine CHRI-  
 STI egit, *Franciscus Collinus*, Collegii Ambrosiani Doctor,  
 Mediolani Ann. 1617. edito; vide etiam, sis, *Stephanus*  
*Clotzium* & *Thom. Bartholinum*, aliosque passim, quos omif-  
 sos facimus in hoc rerum temporisque habitu.


Interea



Interea committimus nos totos Sangvini J. C. & vulneribus Sacerdotis nostri Summi ac benignissimi; Grates tibi & laudes, Pontifex magne, persolventes nunquam terminandas, quod in hoc tuo munere, oblatione perfectissima nos miseros & deperditos non dedignatus es respicere, ac immenso Tuo infinitoque sangvinis pretio, debita nostra sufficientissime exsolvere; Excita, auge & confirma fidem hanc veram, & amorem in Te inflammatum, ne animum despondeamus, & à Te divellamur; sed filiali fiducia & firmo proposito, ac non fucata resipiscencia quotidie cum timore & tremore de salute solliciti sedulo ad Te accedamus, supplices cum publicano ex intimo cordis affectu orantes:

*O Deus propitius esto mihi peccatori!*

*Luc. XVIII, 31.*



*Ad*

EXIMIUM & NOBILISSIMUM

DN. RESPONENTEM

PRÆSES.

*S*angvine dum madens & Mavors cuncta cruentat;  
Corda lavet CHRISTUS sanguine nostra suo.  
*Sic* nos delectet lantus de sanguine sermo,  
*Ut* fructus nobis caelica vita set.









































095.

ei sermonis testantur, Spiritus quidem id tempo-  
 deret in eum specie columba, aqua vero & san-  
 gere illius profuerent. Nam quod hac de ipsius  
 erint, id ipsum quiddam erat, quod naturam  
 deret. Cui adstipulatur Algerus lib. I. de  
 tom. 6. Bibl. Patr. p. 499. Quia mirum fuit  
 lo secundum promissionem Christi Spiritum S. ac-  
 uum more uuentis non sanie[m] sed sanguinem,  
 in uiuorum & mortuorum cum sanguine aquam  
 ris fundere, quod tamen sicut miraculum sic  
 mysterium. Dionys. Carthuf. 4. Sent. dist.  
 p. Origo sacramentorum est Passio Christi, de  
 amenta fluxerunt. quibus non minus  
 si Pontificii fatentur duo Sacramenta Eccle-  
 umbrata esse, sed addunt precipua, Janf. in  
 3. Hoc duplici fluxu designata sunt duo sacri-  
 amenta. Maldon. in Matth. 27. Per sangui-  
 qua alimur, per aquam Baptismus, quo na-  
 pua salutis nostra Sacramenta significantur.  
 ron. T. 10. tract. 48. Emisit sanguinem &  
 duorum Sacramentorum, Baptismi, in quo  
 Eucharistia, in sanguine potamur. Ita etiam  
 pondet Bellarminus l. add. Locus, inquit,  
 male ita exponi potest, ut significantur per san-  
 Eucharistia & Baptismus, ut exponunt fere  
 non propterea excluduntur cetera Sacra-  
 im duo posita sunt, quia sunt magis commu-  
 nicipalia, & ex illis poterat idem iudicium

hoc uero respondemus, (i.) duobus sal-  
 & Eucharistia) ueram definitionem Sa-  
 tere, quod ex inductione patet. Quinque  
 enim